





# SACROSAN-

CTI, ET OECUMENICI

Concilij Tridentini, Paulo III. Julio

III. & Pio III. Pontificibus

Maximis, celebrati.

Dux A

CANONES, ET DECRET.

D. Joan. Sotealli Theologi, & Horatij Lucij Iuris-  
cōf. utillissimis margini additis annotationibus.

Bullis etiam Pij IIII. Pont. Max. ad calcem adiectis: cum  
triplici utillissimo Indice.

Nunquam antea tam plenē, aut diligenter  
in lucem edita.

EX UNIVERSITATE

50697

de Lombardia

Marcus  
Ies. Joseph  
Delarmas  
Vercelles



CONIMBRICAE.

Ex Officina Antonij à Mariz Typhog.

M D L X X . X X I I I .

Cur: facultate Inquisitorum: & Ordinarij

Dives pauper, apostolus ad galatas scri-  
bens ait ei ad huius hominis placetem  
christi gerimus non esse

**P**OR MANDADO DE  
Sua Alteza Vi o Sagrado Cō  
cilio Tridentino Impresso na era  
de 1590. E o Directorium Curato  
rum, & parecem bem que se im  
primão outra vez.

Fr. Bertholameu  
Ferreyra.

**V**ISTA a informação, podem se im  
primir os douis liuros. ss. o Conci  
lio Tridentino , & o Directorium  
Curatorum. E depois de impressos tornē  
a esta Mesa pa se conferirē, & se lhe dar li  
cença pera correrem. Em Lisboa a 25. de  
Maio, de 1593.

Diogo de Sousa.

Marcos Teixeyro.

A 2 T Y.

T Y P O G R A P H V S  
L E C T O R I . S . P . D .

Ogitāti mihi, pie Lector, de no-  
ua oecumenici Concilij Tridentini editione nitidissima & simul  
emendatissima, tibi que vtilissi-  
ma facienda, per opportunè oblatum est  
exemplar quoddam castigatissimum, ad  
præcipuam editionem (Romanā videlicet)  
summa fide Salmanticæ excusum: in cui⁹  
marginibus erant duorum eruditissimorū  
virorum D.Ioannis Sotealli Theologi, &  
Horatij Lucij Iurisconsulti, vtilissimæ (meo  
iudicio) annotationes, quibus sacræ scriptu-  
ræ, superiorum Conciliorum, iuris Ponti-  
ficij, veterum Ecclesiæ patrum tum citata,  
tum consonantia loca fideliter indicantur:  
Non quidem ad dubiorum obscuriorumve  
isti⁹ Concilij locorum interpretationem  
(quam à Pio III. diplomate publico  
priuatis scriptoribus interdictā probe no-  
rāt duo iam commemorati viri doctissimi)  
sed ad certissimarum clarissimarūque con-  
stitutionum dignitatem, auctoritatemque  
tuendam, ignorantibus patefaciendam &  
aduersus catholicæ fidei hostes muniendā:  
utque omnib⁹ hinc perspicuum euadat, ve-  
rissi-

riſſimam eſſe illam teſtificationem, quā ali  
quot locis Tridentini Concilij Patres teſti  
ficātur, ſe ſe religionis controuerſias ſecun  
dum ſcripturam ſacram, Apostolicas tradi  
tiones, probata Concilia, Ecclesiæ Catho  
licæ ſenſum, atque veterum patrum cōſtā  
tem conſentientemq; doctrinam dijudica  
re. Itaque nulla interpoſita mora nouam  
hanc tantamq; utilitatem tecum commu  
nicandam putauit. Quod quidem noſtrum  
ergate, totamq; Remp. Christianam stu  
dium, grato accipere animo, noſtrósq;  
pios conatus tuo fauore prosequi atque  
adiuuare quæſo digneris. Vale.

Ex offic.noſtra Typograph,

Kalendas Iulias.

1593.

## INDEX

A 3

INDEX DECRETO-  
rum Concilij Tri-  
dentini.

SESSIO PRIMA.

D Ecretum de inchoando Concilio. 9

SESSIO II. 10

Decretum de modo vivendi, & alijs in concilio ser-  
uandis. 10

SESSIO III. 14

Decretum de symbolo fidei. 14

SESSIO IIII. 18

Decretum de Canonicis scripturis. 18

Decretum de editione, & vnuacrorū libroru. 20

SESSIO V. 24

Decretum de peccato originali. 24

Decretum de reformatione. 29. 64. 77. 113. 152.

200. 223. 241. 279. 343.

SESSIO VI. 37

Decretum de iustificatione. 37

De natura, & legis ad iustificandos homines im-  
becillitate. 38

De dispensatione, & mysterio aduetus Christi. 38

Qui per Christum iustificantur. 39

Descriptio iustificationis impj, & modus eius in  
statu gratiae. 40

De necessitate præparationis ad iustificationem in  
adultis,

# INDEX

<i>adultis, &amp; unde sit.</i>	40
<i>Modus præparationis.</i>	41
<i>Quid sit iustificatio impij, &amp; quæ eius causa.</i>	42
<i>Quomodo intelligatur, impium perfidem, &amp; gratis iustificari.</i>	45
<i>Contra inanem hæreticorum fiduciam.</i>	45
<i>De acceptæ iustificationis incremento.</i>	46
<i>De observatione mandatorum, de que illius necessitate, &amp; possibilitate.</i>	47
<i>Prædestinationis temerariam præsumptionem cœwendam esse.</i>	49
<i>De perseverantiae munere.</i>	50
<i>De lapsis &amp; eorum reparacione.</i>	51
<i>Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.</i>	52
<i>De fructu iustificationis, hoc est de merito bonorum operum, de que ipsius meriti ratione.</i>	53
<i>Canones de iustificatione.</i>	56

## SESSIO VII.

<i>Decretum de sacramentis.</i>	69
<i>Canones de sacramentis.</i>	70
<i>Canones de Baptismo,</i>	73
<i>Canones de Confirmatione.</i>	76
<i>Bulla facultatis transferendi Concilij.</i>	85

## SESSIO VIII.

<i>Decretum de translatione Concilij.</i>	88
---	----

## SESSIO IX.

<i>Decretum prorogationis sessionis.</i>	89
--	----

INDEX.  
SESSIO X.

- Decretum prorogationis Sessionis. 92  
Bulla resumptionis Concilij sub Julio Tertio. 94

SESSIO XI.

- Decretum de resumendo Concilio. 97

SESSIO XII.

- Decretum prorogationis Sessionis. 98

SESSIO XIII.

- Decretum de sanctissimo Eucharistiae Sacramen-  
to. 100

- De reali praesentia Domini nostri Iesu Christi in  
sanctissimo Eucharistiae sacramento. 101

- De ratione institutionis sanctissimi huius Sacra-  
menti. 103

- De excellentia sanctissimae Eucharistiae super reli-  
qua sacramenta. 104

- De Transubstantiatione. 105

- De cultu, & veneratione huic sanctissimo sacra-  
mento exhibenda. 105

- De afferuando sacrae Eucharistiae Sacramento, &  
ad infirmos deferendo. 106

- De preparatione, que adhibenda est, ut dignè quis  
Sacram Eucharistiam percipiat. 107

- De usu admirabilis huius Sacramenti. 108

- Canones de sacro factio Eucharistie Sacramento. 110

- Decretum prorogationis diffinitionis quatuor arti-  
culorum de Sacramento Eucharistiae, &c. 119

- Salutis conductus datus Protestantibus. 122

SES-

INDEX.  
SESSIO XIII.

- Doctrina de sanctissimis Pœnitentiæ, & Extremæ  
Unctionis Sacramentis. 124
- De necessitate, & institutione sacramenti Pœni-  
tentiae. 125
- De differentia sacramenti Penitentiæ & Baptij. 127
- De partibus, & fructu huius sacramenti. 128
- De contritione. 129
- De confessione. 131
- De ministro huius sacramenti, & absolutione. 135
- De casuum reseruatione. 137
- De satisfactionis necessitate, & fructu. 138
- De operibus satisfactionis. 141
- Doctrina de sacramento extremæ Unctionis. 141
- De institutione sacramenti extremæ Unctio. 142
- De effectu huius Sacramenti. 143
- De ministro huius sacramenti, & tempore quo da-  
ri debeat. 144
- Canones de sanctissimo pœnitentiæ sacramento. 146
- Canones de Sacramento extremæ Unctionis. 151

SESSIO XV.

- Decretum prorogationis Sessionis. 165
- Saluus conductus datus protestantibus. 167

SESSIO XVI.

- Decretum suspensionis Concilij. 172
- Bulla celebrationis Concilij Tridentini sub Pio  
III. Pont. Max. 176

SESSIO XVII.

- Decretum de celebrando Concilio. 182

A 5.

SES.

I N D E X.  
S E S S I O X V I I I .

184

- Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica mutantandis. 184

- Saluus conductus concessus Germanice nationi. 187  
Extensio ad alias nationes. 192

S E S S I O X I X .

193

- Decretum prorogationis sessionis. 193

S E S S I O X X .

194

- Decretum prorogationis sessionis. 194

S E S S I O X X I .

195

- Doctrina de communione sub utraque specie & parvulum. 195

- Laicos, & clericos non conficientes non astringi iure divino ad communionem sub utraque specie. 196

- Ecclesiæ potestas circa dispensacionem sacramenti Eucharistie. 197

- Totum & integrum Christum, ac verum sacramentum sub qualibet specie sumi. 198

- Parvulos non obligari ad communionem sacramentalem. 198

- Canones de communione sub utraque specie, & parvorum. 199

S E S S I O X X I I .

211

- Doctrina de sacrificio Missæ. 211

- Canones de sacrificio Missæ. 218

- Decretum de obseruandis, & evitandis in celebracione Missæ. 220

- Decretum super petitione concessonis Calicis. 233

S E S S I O X X I I I .

235

Vera

# INDEX.

Vera, & catholica doctrina de sacramento Ordinis ad condemnandos errores nostri temporis.	235
Canones de sacramento Ordinis.	239
SESSIO XXIIII.	
Doctrina de sacramento Matrimonij.	264
Canones de sacramento Matrimonij.	266
Decretum de reformatione Matrimonij.	269
SESSIO XXV.	
Decretum de Purgatorio.	317
De invocatione, veneratione, & reliquijs sanctorum, & sacris imaginibus.	318
De regularibus & Monialibus.	325
Decretum de continuada sessione in diem sequentem.	374
Continuatio sessionis.	375
Decretum de Indulgentijs.	375
De delectu ciborum, ieiunij & diebus festis.	376
De Indice librorum, & Catechismo, Breuiario, & Missali.	377
De loco Oratorum.	378
De recipiendis, & obseruandis decretis concilij.	378
De recitandis decretis concilij sub Paulo III. & Julio III. in sessione.	380
De fine concilij, & confirmatione petenda a sanctissimo Domino nostro.	380
Acclamations Patrum in fine concilij.	381
Confirmatio concilij.	384
Bulua S.D.N.Pij, Divina prouidetia Papae III. super confirmatione ecclamini & generalis Concilij Tridentini.	387
IN-	

INDEX CAPITV  
Ilorum Concilij Tri-  
dentini.

<i>A</i>		<i>Causæ Episcoporum.</i>
<b>A</b>		119
<i>Aduentus.</i>	279	<i>Causæ omnes.</i>
<i>Abbates.</i>	339	<i>Censuræ</i>
<i>Abbatibus.</i>	250	<i>Cæterum.</i>
<i>Abbatissa.</i>	329	<i>Circa.</i>
<i>Ad cathedralium.</i>	77	<i>Cogit.</i>
<i>Ad consumationem.</i>	69	<i>Commune.</i>
<i>Ad maiores.</i>	81	<i>Concedit.</i>
<i>Administratores.</i>	230	<i>Consuetudo.</i>
<i>Ad minores.</i>	247	<i>Contingit.</i>
<i>Admonet.</i>	355	<i>Contritio.</i>
<i>Aduersus.</i>	52	<i>Controuerstias.</i>
<i>Anathemati.</i>	337	<i>Cum adolescentiū.</i>
<i>Apostolus.</i>	291	<i>Cum autem.</i>
<i>A sententia.</i>	115	<i>Cum beneficia.</i>
<i>Attendant.</i>	332	<i>Cum catholica.</i>
		<i>Cum dignitates.</i>
		295
<b>B</b>		
<i>Beneficia.</i>	80	<i>Cum ecclesiasticus.</i>
<i>Bonifacij.</i>	326	<i>Cum etiam.</i>
		<i>Cum excom.</i>
		165
<b>C</b>		
<i>Apitula.</i>	68	<i>Cum ex notariorū.</i>
<i>Capitulum.</i>	304	<i>Cum hoc tempore.</i>
<i>Causæ criminales.</i>	289	<i>Cum honestus.</i>
		<i>Cum</i>

# INDEX

<b>Cum ilud.</b>	207	<i>Docet experientia.</i>	273
<b>Cum in beneficijs</b>	254	<i>Docet præterea.</i>	128
<b>Cum multa.</b>	209	<i>Docet præterea.</i>	141
<b>Cum non deceat.</b>	202		
<b>Cum nullus.</b>	254		E
<b>Cum pleraque.</b>	240	<b>E</b> <i>Adem.</i>	29.64.77.
<b>Cum potestas.</b>	375		113.119.192.200.
<b>Cum præcepto</b>	241		223.241.
<b>Cum propriè.</b>	252	<i>Ecclesiarum.</i>	67
<b>Cumque natura.</b>	216	<i>Ecclesijs.</i>	246
<b>Cum Scriptur.e.</b>	237	<i>Episcopi etiam.</i>	204
<b>Cum vero.</b>	45	<i>Episcopi etiam</i>	226
<b>Cum vero.</b>	116	<i>Episcopi.</i>	230
<b>Cupiens.</b>	315	<i>Episcopi perse.</i>	246
<b>Cupiens.</b>	372	<i>Episcopi vt.</i>	293
<b>Curent.</b>	84	<i>Episcopis.</i>	66
		<i>Episcop⁹ familiarē.</i>	249
		<i>Episcopus quoscūq.</i>	155
<b>D</b> <i>Ecernit.</i>	276	<i>Ergo Saluator.</i>	103
<i>Decernit.</i>	311	<i>Et cum sancta.</i>	215
<i>Decernit.</i>	365	<i>Et quamuis.</i>	215
<i>Declarat.</i>	40	<i>Et quia.</i>	161
<i>Declarat.</i>	364	<i>Et quoniam.</i>	117
<i>Declarat.</i>	378	<i>Et quoniam.</i>	154
<i>Denum.</i>	138	<i>Et quoniam.</i>	214
<i>Denique.</i>	198	<i>Et si Missa.</i>	217
<i>Detestabilis.</i>	371	<i>Ex institutione.</i>	131
<i>Dispensationes.</i>	228	<i>Expedit.</i>	307
<i>Disponuntur.</i>	41	<i>Facult.</i>	

# INDEX.

	<i>F</i>		
<b>F</b> acultates.	82	<i>Insuper eadem.</i>	316
<b>F</b> acultates.	83	<i>Insuper hortatur.</i>	376
	<i>G</i>	<i>Itaplerumque.</i>	278
<b>G</b> raue.	277	<i>Itaque,</i>	196
	<i>H</i>	<i>Iulius.</i>	94
<b>H</b> æc igitur.	53	<i>Iustitiae.</i>	274
<i>Hæc omnia.</i>	341		
<i>Hæc sacrojaneta.</i>	89	<i>L</i>	
<i>Hanc.</i>	42	<i>Egati.</i>	229
		<i>Libertati.</i>	336
		<i>Liceat Episcopis.</i>	290
		<i>Locorum.</i>	81
	<i>I</i>		
<b>I</b> am vero.	144	<i>M</i>	
<i>Illustriſſimi.</i>	380	<i>Agnam.</i>	393
<i>In comutationibus.</i>	229	<i>Mandat.</i>	318
<i>In ecclēſijs.</i>	303	<i>Matrimonij.</i>	264
<i>In elecſione.</i>	328	<i>Minores.</i>	251
<i>In exemptorum</i>	83	<i>Monasteria.</i>	330
<i>Inferiora.</i>	78	<i>Monasteria.</i>	331
<i>In monasterijs.</i>	332	<i>Monet.</i>	217
<i>In nomine.</i>	14	<i>Multi.</i>	276
		<i>N</i>	
<i>In pluribus.</i>	302	<i>Emīni.</i>	324
<i>In quacunque.</i>	335	<i>Nemo autem.</i>	47
<i>Inſtituta.</i>	142	<i>Nemo etiam.</i>	163
<i>Inſuper.</i>	20	<i>Nemo quacunque.</i>	78
<i>Inſuper cum.</i>	233	<i>Nemo quoquā.</i>	49
<i>Inſuper declarat.</i>	198	<i>Nibil est.</i>	214
<i>Inſuper eadem.</i>	234	<i>Non liceat.</i>	82
		<i>Non</i>	

# INDEX.

<i>Non licet præterea.</i>	164	<i>Prohibet.</i>	326
<i>Non potest.</i>	369	<i>Prouincialia.</i>	283
<i>Non sunt.</i>	364	<i>Q</i>	
<i>Nulla quoque.</i>	335	<i>Væ alias.</i>	292
<i>Nulli.</i>	68	<i>Quæcunque.</i>	208
<i>Nullius in posterum.</i>	251	<i>Quam turpe.</i>	365
<i>Nullus itaque.</i>	105	<i>Quamuis autem.</i>	45
<i>Nullus prima.</i>	247	<i>Quanis excōmunicatio-</i> <i>nis.</i>	347
<b>O</b> <i>Mnes.</i>	156	<i>Quamuis bæc.</i>	92
<i>Optandum.</i>	343	<i>Quāuis presbyteri.</i>	253
<b>O</b> <i>Optaret.</i>	216	<i>Quanta.</i>	220
<i>Ordinarij.</i>	79	<i>Quia illiterati.</i>	206
<i>Ordinationes.</i>	249	<i>Quia vero.</i>	32
<b>P</b>		<i>Quia vero.</i>	159
<b>P</b> <i>Atriarchæ.</i>	285	<i>Quia verò.</i>	163
<b>P</b> <i>Faulus.</i>	81	<i>Quia vero.</i>	218
<b>P</b> <i>Pius.</i>	176	<i>Quibus verbis.</i>	40
<b>P</b> <i>Placet.</i>	88	<i>Quicunque in cathe-</i> <i>dra.</i>	227
<b>P</b> <i>Placet.</i>	182	<i>Quicunque.</i>	79
<i>Postremo.</i>	374	<i>Quicunque post bac.</i>	225
<i>Prædicationis.</i>	288	<i>Quicunque regularis.</i>	338
<i>Præsentati.</i>	83	<i>Qui pié.</i>	352
<i>Præterea declarat.</i>	197	<i>Qui verò.</i>	51
<i>Præterea quia.</i>	161	<i>Quo ad vsum.</i>	108
<i>Præteræ sancta.</i>	274	<i>Quo factum.</i>	38
<i>Prima.</i>	246	<i>Quoniam ab ecclesia.</i>	201
<i>Primum.</i>	38	<i>Quoniam autem.</i>	105
<i>Principio,</i>	101	<i>Quo</i>	

# I N D E X.

<u>Quoniam diuersis.</u>	380	<u>Si quem clericorū.</u>	232	
<u>Quoniam igitur.</u>	137	<u>Si quis sacramenta.</u>	146	
<u>Quoniā non ignorat.</u>	323	<u>Si quis intra.</u>	275	
<u>Quoniā ob malitios.</u>	361	<u>Si quis dixerit.</u>	56.57.58	
<u>Quoniam pleraque.</u>	299		59.60.61.62.63.70	
<u>Quoniā priuilegia.</u>	394		71.72.73.74.75.76	
<u>Quoniam sub.</u>	212		77.100.111.112.	
<u>Quoniam vero.</u>	118		146.147.148.149.	
<u>Quoniam vero.</u>	273		150.190.219.220.	
	R		239.240.266.267.	
<b>R</b>	<i>Atio.</i>	351	268.	
	<i>Regularia.</i>	162	<u>Si quis negauerit.</u>	110
	<i>Regularis.</i>	334		112. & 199.
	<i>Res porro.</i>	143	<u>Statuit.</u>	351
	<i>Reus.</i>	126	<u>Statuit.</u>	368
	S		<u>Subdiaconi.</u>	252
<b>S</b>	<i>Aerifidum.</i>	135	T	
	<i>Sacrosancta.</i>	10.18.98	<u>T</u>	
		100.122.124.167.172.	<i>Ametst.</i>	269
		184.187.193.195.	<i>Tanta.</i>	378
		211.377.	<u>Testes.</u>	119
	V			
	<i>Sancta synodus.</i>	248	<u>V</u>	
	<i>Si ergo.</i>	46	<i>Erum.</i>	39
	<i>Sicuti.</i>	257	<i>Vijsum.</i>	141
	<i>Sicuti.</i>	370	<i>Vniones.</i>	80
	<i>Si ea.</i>	115	<i>Vtetiam.</i>	205
	<i>Si in quibuslibet.</i>	279	<i>Vtfidelis.</i>	291
	<i>Similiter.</i>	50	<i>Vtfides.</i>	24
	<i>Si non decet.</i>	17	<i>Vtpatern.e.</i>	367
			<i>Vt sanctorum.</i>	254

B V L L A I N.  
 D I C T I O N I S S A C R I,  
 O E C V M E N I C I, E T G E N E-  
 ralis Concilij Tridentini.

S V B P A V L O III. P O N T. M A X I

**P**AULVS Episcopus, seruus  
 seruorum Dei ad futuram rei me-  
 motiam.

INITIO nostri huius Pontifica-  
 tus quenq; non ob merita nostra, sed propter  
 suam magnam bonitatem, Dei omnipotentis  
 prouidentia nobis commisit, cernentes iam tum in  
 quas perturbationes temporum, quotque iucem-  
 moda rerum ferè omnium nostra Pastoralis solici-  
 tudo, & vigilia esset vocata, cupiebamus quidē me-  
 deri Christianæ Rēipub. malis, quibus illa iam du-  
 dum vexata, & prope modum oppressa est, sed ipse  
 etiam, vt homines circūdati infirmitate, ad tantū  
 onus tollendum impares vires nostras esse sentieba-  
 mus. Nam cum pace opus esse intelligeremus ad li-  
 berandā, & conseruandā à plurimis impen-  
 dentibus periculis Répu. omnia inuenimus odios, &  
 dissensionib; plena, dissidentibus præsertim Primi-

## Bulla Indictionis

ipibus ijs inter se, quibus summa rerū penè omnis  
ad Deum permissa est. Cū vñ Oule, & vnū pastore  
Dñici esse gregis, ad integritatē Christianæ religio  
nis, & ad cœlestiū honorū spem in nobis confirman  
dā, necessariū duceremus, sc̄ibismatis, dissidijs, bære  
sibus erat christiani nominis diuulsa ita penè, & la  
cerata unitas. Cū tutā, atq; munitā ab infidelium ar  
mis, atq; insidijs Rēp. optaremus, nostris erratis, no  
straq; cunctorum culpa, Dei videlicet ira peccatis  
nostris imminete, Rhod⁹ fuerat amissa, Hungaricæ  
vexata, conceptū, & meditatum cōtra Italiā cōtraq;  
Austrīlā, & Illyricū terra, mariq; bellū cum impius  
& immitis hostis noster Turca nullo tēpore requie  
siceret, nostrorumq; inter se odia, & dissensiones juā  
bene gerēdæ rei occasionem duceret. Igitur, vt dice  
bamus, instantia bærefum, dissensionū bellorūq; tem  
pestate, tantisq; excitatis fluctibus, cum essemus ad  
moderandum, & gubernādum Petri nauiculā voca  
ti, nec viribus ipsi nostris satis fiderimus, primum  
coniecimus Dño cogitatus nostros, vt ipse nos nu  
triret, animumq; nostrū firmitate, & robore, men  
tem cōsilio, sapientiaq; instrueret: deinde, animo repe  
tentis, maiores nostros, sapientia admirabili, & san  
ctitate præditos, sæpè in summis Christianæ Rēip.  
periculis remediū optimum atq; opportuniſſimum,  
ecumenica Cōcilia, & Episcoporū generales conuē  
tus adhibuisse, ipsi quoq; animū ad generale haben  
dū Cōcilium adiicim⁹, exquisitisq; Principum ſētē  
ſijs.

Iocn. 10.

Plal. 54.

p̄is, quorū nobis videbatur utili, in primis, & opportuna ad hāc rem esse consensio, cum eos tūc nō alie nos ab hoc tam sancto opere inuenimus ecumenis cū Cōciliū, & generalem eorū Episcoporū, aliorūq; Patriū ad quos pertinere cōuentū in ciuitate Mantuae indiximus, anno incarnationis Dñi, sicut literis & monumentis nostris testatū est, millesimo quinq; gētesimo trigesimo septimo, P̄tificat⁹ nostri tertio ad X Kalē lun. inchoādum, spē prop̄ certā habētes fore, ut cū illic in nomine Dñi essemus cōgregati, ipse, sicut promisit, Dns in medio nostrum affuturus, & bonitate, ac misericordia sua oēs temporū procellas, omniaq; pericula Spirituoris sui facile depulsur⁹ esset. Sed, vt semper insidiatur p̄is actionibus humani generis hostis, primū contra omnē spēm, & expectationē nostrā denegata fuit nobis Mātuanda ciuitas, nisi aliquas conditiones subiremus ab instigatis maiorū nostrorum & cōditione temporū, nostraq; ac huīas fāctis. Sedis, ac nominis Ecclesiastice dignitate, libertateq; prorsus alienas, quās in alijs nostris literis expressimus. Quapropter aliū inuenire locū, aliāq; diligere ciuitatem necesse habuimus: que cū nō statim nobis occurreret idonea, & apta, ad sequentes kalēd. Nouemb. prorogare Cōciliū celebrationem fuiimus cōvicti. Interim fācius & perpetuus hostis neiter Turca, ingenti classe Italū adoratus, aliquot oppida in litoribus Appulie cēpit, vastauit, diripuit, prædas hominum abegit, nos in ma

Matth. 18:1

## Bulla Indictionis

ximo timore, & periculo omnium, munieris litoribus nostris, finitimiisque auxilio iuuādis fuimus occupati: nec tamen interea destitimus consulere, & bortari Christianos Principes, ut de idoneo ad babēdum conciliū loco quid sentirent, nobis exponebāt: quorū cum essent incertae, variaeque sententiae tēpāsque diutius, quam erat opus videretur extra hi, nos optimo animo atque, ut arbitramur, etiam consilio Vincentiam elegimus, urbem copiosam, & Venetorum, qui eam nobis concedebant, virtute, auctoritate potentia cum adīsum patenterem, tum stationem omnibus liberam, atque tutam in primis in se habentem, sed, cum iam tempus longius progressum esset, nouæque urbis electionē omnibus significari conueniret, iamque Kalendæ Nou. appetētes facultatē hui⁹ diuulgationis excluderēt, byemsque esset propinqua, rursus altera prorogatione tēpus Concilij differre in proximū sequens ver, Mayque futuras kalendas, compulsi fuimus. Quare firmiter constituta, atque decreta, cum & nos ipsos, & cetera omnia ad eum bene agendum, Deo iuuante, celebrandumque conuētū pararemus, plurimū reputantes interesse cum celebrationis Concilij tū viuēsce Christianæ Reip. Christianos Principes pace inter se, & concordia cōsentire, charissimos in Christo filios nostros, Carolum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, & Christianissimum Regem Francicum, duo præcipua Chri-

stia

stiani nominis firmamenta, atque subsidia, orare,  
atque obsecrare institimus, ut ad colloquium inter  
se, & nobiscum vna conuenirent, quorum quidem  
apud utrumque literis, Nuncij, & à latere nostro  
missis, ex venerabilium fratrum nostrorum nume  
ro, Legatis sæpiissime egeramus, ut ex similitate, &  
dissidys ambo in vnum fœdus, & plam amicitiam  
vellent conuenire, habentibusque succurrere Chri  
stianis rebus, quorum seruandorum cum esset illis  
potestas à Deo præcipue tributa, si id non agerent  
& ad commune Christianorum bonorum sua cōf  
lia non dirigerent, acris & seuera ratio eidē Deo  
ab ipsis reddenda esset. Qui aliquando precibus no  
stris annuentes, Nicæam se contulere, quo nos quo  
que longum iter, & senili etati nostræ vebemen  
ter contrarium, Dei & pacis conciliandæ causa su  
scipimus: neque prætermisimus interea, cum tem  
pus Concilij præstitutum, Kalendæ, videlicet, Maiæ  
appropinquarent, tres Legatos summae virtutis &  
autoritatis, à latere nostro de numero eorundem  
fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Vincen  
tiam mittere, qui initium Concilij faceret, Præla  
tosque vndique venientes exciperent, & ea, que  
iudicarent esse opus, agerent, & tractarent, quo ad  
nos, ab itinere, & negocio pacis reuersi, omnia ac  
curatius dirigere possemus. Interim vero in illud  
sanctum opus, maximeque necessarium, tracta  
tionem, videlicet, pacis inter Principes, incubuit

## Bulla Indictionis

mus, & quidem omni animi studio: omni pietate, ac  
diligentia. Testis est nobis Deus, cuius fratre clemē-  
tia nos metipsoe itineris & vita periculo exposui-  
mus. Nostra testis cōsciētia, quæ nibil habet in hac  
re quidem, in quo nos arguat, aut prætermissæ aut  
non quæ sitæ ad pacificandum occasionis. Principes  
ipſi testes, quos tam sæpe tamque vehementer, Nun-  
cij, literis, Legatis, monitis, bortatu, precibusque o-  
mnibus obsecraveramus, ut simultates deponeret, v  
societatem coirent, ut Christianæ Rēipub. in maxi-  
mum, & propinquum iam adductæ discrimen, cō-  
munitibus studijs, & subsidijs opitularentur. Iam  
vero testes illæ vigiliæ atque curæ, illi diurni, noctur-  
ni que animi nostri labores, grauesque solicitudines  
quas ob hanc rem, & causam plurimas iam susce-  
pimus: nec tamen ad optatum exitum nostra consi-  
lia, & acta adhuc perducta sunt: ita etenim visum  
Domino Deo est, quem tamen non desperamus ali-  
quando optata nostra benignius respecturus. Ipſe  
quidem quantum in nobis fuit, nibil, quod esset no-  
stro Pastorali officio debitum, in hac re omisimus.  
Quod si qui sunt, qui actiones pacis nostras in alia  
interpretentur partem, dolemus quidem, sed tamen  
in dolore nostro gratias Omnipotenti agimus, qui ad  
Act. 5. in fin. exemplum, & doctrinam potentie nostræ suo vo-  
Epheſ. 2. luit apostolos haberi dignos, qui pro nomine Iesu  
qui pax nostra est, cōtinuam patarentur. Verum  
in illo cōgressu colloquio nostro, quod Nicæa habi-  
tum

tū est, et si peccatis nostris impediētibus inter duos  
 Principes vera, & perpetua pax non potuit confici,  
 inducēt tamē decennales factae sunt, quarum oppor-  
 tunitate nos sperantes, & sacrum Conciliū commo-  
 diū celebratum iri, & deinde ex Cōciliī auctorita-  
 te perfici posse pacē, apud Principes instituimus, ut  
 & ipsi venirent ad Concilium, & Prælatos suos præ-  
 sentes ducerent, absentesq; accercent. Qui cū de-  
 vtroz se excusaffent, quod & ipsis redire in regnā  
 sua tum necesse esset, & prælatos, quos secū habuiss-  
 ent, itinere atque impendijs fessos, atque exhaustos  
 recreari, & refici oporteret, nos hortati sunt, ut  
 aliam quoque prorogationē temporis habendi Con-  
 ciliū decerneremus. Quia in re cōcedenda cum esse-  
 mus aliquantum difficiles, literas interim à Lega-  
 tis nostris, qui Vincentiae erant, accepimus, transfa-  
 ctio iam, & longius præterito Conciliū ineundi die,  
 vnum vix, aut alterum ex externis nationibus Præ-  
 latum Vincentiā se contulisse. Quo nuncio accepto  
 cūm videremus eo tempore nulla iam ratione ha-  
 beri Concilium posse, ipsis Principibus concessimus  
 ut differretur tempus agendi Conciliū usque ad san-  
 ctum pascha, diemque festum future Domini  
 resurrectionis. Cuius nostri præcepti, expectatio-  
 nisque decretæ literæ Genuæ, anno incarnationis  
 Domini. M. D. XXVIII. IIII. Kalend.  
 Jul. factæ, publicat.eque sunt, atque hanc dilata-  
 tionem eo propensiū fecimus, quid pollicitus est

## Bulla Indictionis

nobis uterque Princeps Legatos suos Romam, ad nos  
se missurum, ut ea, quae ad perfectionem pacis reli-  
qua essent, neque Nicæa ob breuitatem temporis po-  
tuerant omnia consici, Romæ commodiùs corā no-  
bis agerentur. & tractarentur: & ob hanc rationē  
etiam a nobis ambo petierunt, ut hac pacificationis  
procurationis Concilij celebrationis præponeretur, cū  
ipsum Concilium pace facta, multo deinde utilius,  
& salutarius Christianæ Rœp. futurum esset Sem-  
per enim hoc pacis spes nobis iniecta Principū nos  
voluntatibus assentiri hortata est, quam spem vehe-  
menter auxit post discessum à Nicæa nostrū ipso-  
rum duorum Principum inter se beneuola, amica-  
que cōgressio: que, maxima nostra cū letitia a no-  
bis intellecta, confirmavit nos in bona spe, ut tan-  
dem aliquando nostras preces apud Deum exaudi-  
tas, & vota pacis accepta esse crederemus. Hanc  
igitur pacis conclusionem cū expeteremus, &  
vrgeremus, nec solum duobus antedictis Principi-  
bus, verū etiam charissimo in Christo filio nostro,  
Ferdinando, Rege Romanorum videretur, actionē  
Concilij, nra pace facta, suscipi non oportere, cum  
etiam a nobis per literas, suosq; Oratores contendē-  
rent, ut alias rursus temporis prorogationes facere  
mus, præcipue autem instaret serenissimus Cæsar,  
promisso se demonstrans, qui a Catholica vni-  
tate dissentient, se operam suam apud nos interpo-  
latur, ut aliqua concordie ratio iniretur, quod  
ante

# Concilij Tridenti.

¶

ante suam in Germaniam profectionem aptè non posset fieri. Nos, eadem semper spe pacis, & tanto-rum Principum voluntate adducti, cùm præser-tim cerneremus, ne ad dictum quidē in Resurrectio-nis festum alios Prelatos Vincentiam conuenisse, prorogationis nomen iam fugientes, quod tā sēpē, frustrā fuerat repetitum, celebrationem generalis Concilij ad nostrum & Sedis Apostolicae beneplaci-tum suspendere maluimus. Itaque facimus, & de suspensione huiusmodi literas ad singulos supra-dictorum Principum decima die Lunj. M. D. XXXIX. dedimus, sicut ex illis perspicuè potest intelligi. Ea itaq; suspensione necessariò per nos fa-cta, dum tempus illud magis idoneū à nobis, pacis-que aliqua conclusio expectatur, que & dignitatē posteū, frequentiamq; Concilio, & Christianæ Rei pub. præsentiorē salutem erat allatura, Christian-ae interea res in deterius quotidie prolapse sunt, Hungaris, Rege ipsorum mortuo, Turcam vocanti-bus: Ferdinando Rege bellum in eos mouente: Bel-gis ad defectionem q; Cæsare, ex parte quadam inci-tatis, cuius defectionis comprimendæ causa per Gal-liam amicißimè, & cum Rege Christianissimo con-cordiSSimè, magno benevolæ inter eos voluntatis in-dicio transiens in Belgas serenissimus Cæsar, & illinc deinde in Germaniam profectus, conuentus Germaniæ Principum, & ciuitatum tractandæ sius, quam dixerat, concordiæ causa, habere cœpit.

## Bulla Indictionis

Sed cum, spe pacis iam deficiente, ille quoque modus curandæ in conuentibus tractandæque concordie ad maiores potius discordias cōcitandas aptus esse videretur, inducti fuimus ad pristinum Cœcilij generalis remedium reuerti, idque per Legatos nostros S.R. E Cardinales, ipsi Cœsari obtulimus, quod etiam postremo, & precipue in Ratisbonensi Conuentu egimus, cum illic dilectus filius noster, Gaspar titu. S. Praxedis Cardinalis Contarenus, & summa doctrina, & integritate, Legatum nostrum ageret. Nā cum, id quod ne accideret, antea veriti eramus, ex eius Conuentus sententia petere sur à nobis, ut ab Ecclesia dissidentium quosdam articulos tolerandos declararemus, quoad per œcumenicum Concilium illi excuterentur, & decidarentur, idque nobis, ut concederemus, neque Christiana, & catholica veritas, neque nostra, & Sedis Apostolice dignitas permetteret palam potius Cœciliū, ut quam primū fieret, proponi mandauimus. Neque vero in alia vñquam sententia, & voluntate fuimus, quam ut primo quoq[ue] tempore Concilium œcumenicum, & generale congregaretur. Sperabamus enim ex eo & pacem populo Christiano, & Christianæ religionis integratatem posse recuperari: veruntamen id cum bona gratia, & volūtate Christianorum Principū babere volebamus.

Malm. 68. Quam volūtate dum expectamus, dū obseruamus tempus absconditū, tempus beneplaciti tui, o Deus,

et tu

## Conciliij Tridenti: 6

aliquid oī tandem decernere compulsi sumus, omnes  
esse tempus beneplacitū Deo, cum de rebus sanctis,  
et ad Christianam pietatem pertinentibus cōsilia  
incūsur. Quapropter vidētes maximo quidem ani-  
mi nostri cum dolore, rem Christianam quotidie in-  
petus ruere, Hungaria a Turcis oppressa, Germanis  
periclitantibus, ceteris omnibus metu, mero reque  
afflictis, nullius iam r̄ principis cōsensum expectare,  
sed tantum Dei omnipotentis voluntatem, & Chri-  
stianae R̄ eipub. utilitatem attendere constituimus.  
Itaque cum Vincentiam amplius non haberemus,  
cuperemusq; cum vniuersae Christianorum saluti,  
tum Germaniae nationis incommodis in eligendo  
per nos nouo Cōcilij habēdi loco consulere, aliquot-  
que locis propositis ipsam Tridentinam ciuitatē ab  
ipsis desiderari videremus, nos et si in citeriore Ita-  
lia commodius omnia tractari posse iudicabamus,  
ad eorum tamen postulationes nostram voluntatē  
paterna charitate defleximus. Itaque Tridentū ci-  
uitatem elegimus, qua in ciuitate ecumenicum Cō-  
ciliū ad proximè venturas Kalendas Novēb. habe-  
retur, idoneum locum illum statuentes, quo ex Ger-  
mania quidem, alijsque Germaniae finitimiis natio-  
nibus facillimē, ex Galia, Hispania, ceterisque pro-  
vincijs remotiorib⁹ nō difficerter Episcopi, & Prie-  
lati cōuenire posset. Dies autē Cōcilij ea à nobis spe-  
ctata est, q̄ spatiū in se haberet & publicādi p̄ Chri-  
stianas nationes nostri huius Decreti & facultatis  
omnibus

## Bulla Indictionis

omnib<sup>o</sup> Prælatis ad veniēdū tribuendæ. Quo minus  
autem annum tempus præfiniremus mutando Cō-  
cilijs loco, sicut quibusdam constitutionibus alias  
præscriptū est, ea res fuit in causa, quod longius ex  
trahi spem sanandæ aliqua in parte Christianæ Rei  
pub. que tot detrimentis, & calamitatibus affecta  
est, noluimus: & tamen videmus tempora: agnoscī  
mus difficultates: quid sperari possit ex consilijs no-  
stris, incertum esse intelligimus. Sed quia scriptū

Psalm. 36. est: Reuelā Domino viam tuam, & spera in eo: &  
ipse faciet, magis Dei clementie & misericordiæ  
confidere, quām nostrae imbellicitati diffidere, cōsti-  
tuimus. Sepè enim fit in bonis operibus incipien-  
dis, ut quod humana consilia non valent, diuina  
virtus efficiat. Huius igitur ipsius Dei omnipotē-  
tis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac beatorum  
eius Apostolorum, Petri, & Pauli auctoritate, qua  
nos quoque in terris fungimur, freti, atque subnixi  
de venerabilium item fratrum nostrorum S. R. E.  
Cardinalium cōsilio, & assensu sublata, amotaque  
suspensione, de qua suprà commemoratum est, quā  
per præsentes tollimus, & amouemus, sacrum & cu-  
menicum, & generale Concilium in ciuitate Iri-  
dentina, loco commodo, & libero, omnibusque na-  
tionibus opportuno, ad Kalendas proximas Nouēb.  
anni præsentis ab incarnatione Dñi, M.D.XLI.  
incipiendum, prosequendum, & eodem Domino ad  
euante, ad ipsius gloriam, atque laudem, & Chri-  
stianæ

# Concilij Tridentini:

7

Christiani totius populi salutem absoluendum, perficiendumque indicimus: annunciamus, conuocamus, statuimus, atque decernimus, omnes omnibus ex locis tam venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, quam alios quo scunque, quibus iure, aut priuilegio in Concilij generalibus residendi, & sententias in eis dicendi permissa potestas est, requirentes, bortates ad monentes, ac nihilominus eis vi iuris iurandi, quod nobis, & huic sanctae Sedi praestiterunt, ac sanctae virtute obedientiae alijsque sub penitus iure, aut consuetudine in celebrationibus Conciliorum aduersus non accedentes ferri. & proponi solitis, mandates, arcteque præcipites, ut ipsi metu, nisi forte iusto detineantur impedimento, de quo tamen fidem facere compellantur, aut certe per suos legitimos procuratores, & nuncios sacro huic Concilio omnino adesse, & interesse debeant. Supradictos, Imperatores, Reges Christianissimum, nec non cæteros, Reges, Duces, Principes, quorum præsentia, si alias unquam, hoc quidem tempore maximè sanctissime Christi fidei, & Christianarum omnium futura est salutaris, rogantes, atque obsecrantes per viscera misericordiæ Dei, & Domini nostri Iesu Christi, cuius fidei veritas, & religio & intus, & extra graniter iam oppugnatur, ut si saluam voluntatem Christianam esse Rem publicam, sed Domino obstrictos & obligatos pro maximis illius erga se beneficis intelligunt.

## Bulla Indictionis

elligunt ne deserant ipsius Dei causam, & negotiū, ipsimet ad sacri Concilij celebrationem veniant, in quo ipsorum pietas, atque virtus cōmuni utilitati, salutique suae, ac cæterorum, & temporali, & æternæ plurimum est profutura. Sin autem, id quod nollemus, accedere ipsi nō poterunt, at graves saltem viros Legatos cum auctoritate mittant, qui personam Principis sui quisque & cum prudētia, & cum dignitate possint in concilio referre. In primis verò ut id current, quod ipsis facillimum est, ut ex suis cuiusque regis, ac prouincijs Episcopi & prælati, sine tergiuersatione, & mora ad Concilium proficiantur: quod maximè quidem à Prælatis, Principibusque Germaniae D:um ipsum, atque nos impetrare aequum est, ut cùm eorum præcipue causa ipsisque sapientibus Concilium indictum sit, & in ea ciuitate indictum: quæ ab eis est deyterata, nō grauentur ipsi sua cunctorum præsentia id celebrare, & ornare: quó melius, atque commodius, quæ ad integratatem, & veritatem Christianæ religio-nis, quæ ad bonorum morum reductionem, emenda-tionemque malorum, quæ ad Christianorum inter-setam Principum, quam populorum pacem, unita-tens, concordiamque pertineant, & quæ ad repellendos impetus Barbarorum & infidelium, quibus illi uniuersam Christianitatem obruere molintur, sint necessaria, Deo nostris consultationibus præeunte, & lumen sapientiae suæ ac veritatis mentibus nostris.

stris præferente, agi in dicto sacro & cumenico Concilio, & conspirante omnium charitate consuli, tractari, confici, ad optatosque exitus deduci quam primum, & quam optimè possint. Atque ut nostræ b.e literæ, & quæ in eis continentur, ad notitiam cunctorum, quorum oportet, perueniant, ne ve quis illorum ignorantia excusationem prætendat, cum præsertim etiam non ad omnes eos, quibus nominatim illæ essent intimandæ, tutus forsitan pateat accessus, volumus & mandamus, ut in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi, cum ibi multitudo populi ad audiendum rem diuinam congregari solita est, palam, clara voce per curie nostræ Curores, aut Notarios aliquos publicos legatur, lectio in valnis dictarū Ecclesiistarum, itemque Cancelleriae Apostolice portis, & Campi Floræ solito loco affigantur, ubi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu expositæ pendeant: cumque inde amonebuntur, earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemque huiusmodi, omnes, & quoscunque, quos antedictæ nostræ literæ comprehendunt, post spatium duorum mensium à die litterarum publicationis, & affixionis, ita volumus obligatos esse atque adstrictos, ac si ipsi met illæ coram lectæ, & intimatæ essent, transumptis quidem earum, que manu publici Notarij scriptæ,

Bulla Indict. Concil.

aut subscripta, & sigillo personæ alicuius Ecclesiæ  
sticæ, in dignitate constitutæ, munita fuerint, vt  
fides certa, & indubitata habeatur, mādamus, at-  
que decernimus. Nulli ergo omnino hominum li-  
ceat hanc paginam nostræ indictionis, annuncia-  
tionis, cōuocationis, statuti, decreti, mandati, p̄re-  
cepti, & obsecrationis, infringere, vel ei ausu teme-  
rario contraire. Si quis autem hoc attentare p̄fserit,  
indignationem omnipotētis Dei, ac beatorū  
Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit in-  
sursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum anno  
incarnationis Dominicæ. M.D.XLII. ix. Kalē.  
Iun. Pontificatus nostri anno. V III.

Blosius.

Hier. Dand.

**SESSIO PRIMA  
S A C R O S A N C T I  
OECVMENICI, ET GENE-  
RALIS CONCILII TRIDENTINI.**

**S V B P A V L O III. P O N T . M A X .**

Celebrata die xiiij. Mensis Decéb.  
Anno Domini ,M.D.XLV.

*Decretum de inchoando Concilio.*

**P**LACET NE VO-  
bis ,ad laudem & glo-  
riam sanctæ & indiui-  
duæ Trinitatis , Patris,  
& Filij, & Spiritus San-  
cti, ad incrementum &  
exaltationem fidei , &  
religionis Christianæ , ad extirpationē hæ-  
resum, ad pacem, & vñionem Ecclesiæ, ad  
reformationem Cleri, & populi Christiani,  
ad depressionem, & extinctionem hostiū  
Christiani nominis, decernere & declara-

**C**

**re,**

re, sacrum Tridentinum & generale Con-  
cilium incipere: & incepturn esse? Respon-  
derunt, Placet.

I T C H A R T A A. 2  
GENE 13. 10. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
*Indictio futuræ Sessionis.*

**E**T cum proxima sit celebritas Nativita-  
tis Domini nostri Iesu Christi, & subse-  
quantur aliæ festiuitates labentis & inci-  
pientis anni, placet ne vobis primam futu-  
ram Sessionem habendam esse die Iouis  
post Epiphaniam, quæ erit septima men-  
sis Ianuarij, Anno Domini. M.D.XLVI.  
Reponerunt, Placet.

## S E S S I O . II.

Celebrata die. viij. Mensis Ianuarij.

M. D. XLV I.

*Decretum de modo vivendi, & alijs in Con-  
cilio jeruandis.*

**S**Acrosancta Tridentina Syno-  
dus, in Spiritu sancto legitimè  
congregata, in ea præsidentibus  
eisdem tribus Apostolicæ Sedis  
Legatis, agnoscēs cum beato Iacobo Apo-  
stolo,

stolo, quod omne datum optimum, & com- Jacobi. v.  
 ne donum perfectum de sursum est, descen-  
 dens à patre lumen, qui ijs, qui postu-  
 lant à se sapientiam, dat omnibus affluen-  
 ter, & non improperat eis, & simul sciens,  
 quod initium sapientiae est timor Domini, Proverb. 1.  
 statuit, & decrevit, omnes & singulos Chri Psalm. 110.  
 sti fideles, in ciuitate Tridentina cōgrega-  
 tos, exhortados esse, prout exhortatur, ut  
 se à malis & peccatis hactenus commissis  
 emendare, ac de cætero in timore Domi-  
 ni ambulare, & desideria carnis non perfice-  
 re, orationibus instare, saepius confiteri,  
 Eucharistia sacramentum sumere, Eccle-  
 sias frequentare, præcepta denique Do- Proverb. 1.  
 minica, quantum quisque poterit, adimi- 8.9.  
 plere, nec non quotidie pro pace Princi-  
 pum Christianorum, & unitate Ecclesiæ  
 priuatim orare velint: Episcopos vero, &  
 quoscunque alios, in ordine sacerdotali  
 cōstitutos, œcumenicum Concilium in  
 ea ciuitate concelebrantes, ut assidue in  
 Dei laudibus incumbere, hostias, laudes,  
 & preces offerre, sacrificium Missæ quoli- Act. 2.  
 bet saltem die Dominico, in quo Deus  
 Iucem condidit, & à mortuis resurrexit,  
 ac Spiritum sanctum in discipulos infudit,  
 peragere satagant, facientes, sicut idem

**I.** Tim. 2. Spiritus sanctus per Apost. præcipit, obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro Sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & cæteris, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus: ut quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, ut ieunent saltem singulis sextis ferijs in memoriam passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent: in ecclesia autem cathedrali singulis quintis ferijs

**a. Iustain**  
**Sess. 22. in** celebretur Missa de Spiritu sancto, cum Letanij, & alijs orationibus ad hoc institutis;  
**obseruā. in** in alijs verò ecclesijs eadem die dicantur ad  
**'celebr. mil** minus letaniæ, & orationes: a tempore au-  
**b 1. Tim. 3. tem**, quo sacra peraguntur, collocutiones,  
**c. Tit. 1.** & confabulationes non fiant, sed ore & ani-  
**2. Tl. 3. ca** mo, celebrati afflatur. Et quoniā b opor-  
**2. q. 7. cū** tet Episcopos esse irreprehēsibiles, sobrios,  
**sim. concil.** castos, domui suæ bene præpositos, horta-  
**Tol. 3. c. 7.** conc. Rhe- tur etiam, vt ante omnia quilibet in mēsa c  
**men. c. 17.** seruet sobrietatem, moderationemque ci-  
**Euseb. in 4.** decessero, & borum, deinde cum in eo loco sæpe otiosi  
**infra.** Ser. sermones oriri soleat, dvt in ipsorum Episco-  
**25. ca. 1. de** porum mensis diuinorum Scripturarum le-  
**refor.** ctio admisceatur: familiares verò suos vnu-  
**d Euseb. 1.** epist. 3. quisque instruat, & erudiat, ne sint rixosi,  
 vinosi,

vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemii,  
 & voluptatū amatores, vitia demū fugiant,  
 & virtutes amplectantur, & in vestitu, &  
 cultu, & omnibus actibus honestatem p̄ae-  
 seferant, sicut decet ministros ministrorum  
 Dei. Ad hæc, cùm huius Sacrosancti Conci-  
 liij præcipua cura sollicitudo, & intentio sit,  
 vt, propulsatis hæresum tenebris, quæ per  
 tot annos operuerunt terrām, Catholicæ  
 veritatis lux, Iesu Christo, qui vera lux  
 est, annuēte, cador, puritasq; resolgeat, &  
 ea, quæ reformatione egēt, reformētur: ipsa  
 synodus hortatur omnes Catholicos hic cō-  
 gregatos & congregandos, atque eos p̄ae-  
 fertim, qui sacrarum literarum peritiam ha-  
 bent, vt sedula meditatione diligenter secū  
 ipsi cogitēt, quibus potissimum vijs, & mo-  
 dis ipsius Synodi int̄entio dirigi, & optatū  
 effectum sortiri possit, quo maturius & cō-  
 fultius damnari damnāda, & probanda pro-  
 bari queant: vt per totū orbem omnes vno  
 ore, & eadem fidei confessione glorifcent  
 Deum, & patrem Dñi nostri Iesu Christi.

In sententijs verò dicendis, iuxta <sup>f</sup>Tole-  
 tani Cōcilij statutum, in loco benedictio-  
 nis confidentibus Domini sacerdotibus,  
 nullus debeat, aut immodestis vocib⁹ per-  
 strepere, aut tumultibus perturbare, nullis

<sup>f</sup> Conc. To-  
 let. 11. c. 1.  
 Conc. Cō-  
 stant. Sef. 1.  
 in prin. c. in  
 loco. 5. q. 4.  
 Vide & 4.  
 Tolet. c. 3.

etiam falsis, vanis, aut obstinatis disceptationibus contendere: sed quidquid dicatur, sic mitissima verborū prolatione temperetur, ut nec audiētes offendātur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

Insuper ipsa sacra Synodus statuit, ac decrevit, quod, si forte contingerit aliquos delicta in cōbito in loco gōnō sedere, & sententiā, etiam clusione re sub verbo, Placet, proferre, Congregatiōnibus interessē, & alios quoescunque actus, mā p̄fēri facere, Concilio durante, nulli propterea p̄t̄ est. r. præiudicium generetur, nullique nouum, Bracc. c. 24 ius acquiratur.

Deinde indicta fuit futura Ses̄sio ad diem Louis  
quartam, mensis Febr. proxime venturi.

### S E S S I O III.

Celebrata die iiiij. Mēsis Februarij.

M. D. X L V I.

*Decretum de symbolo fidei.*



N nomine sanctæ, & in diuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Hæc sacro sancta occumenica,

&

& generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea praesidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duabus illis capitibus, de extirpandis hereticis, & moribus reformatiis, continentur, quorum causa præcipue est congregata, agnoscens autem secundum Apostolum, Ephes. 6: non esse sibi colluctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias in cœlestibus, cum eodem omnes, & singulos in primis hortatur, ut confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus sumentes escutum fidei, in quo possint omniate la nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque, ut hi eccl. pia eius soli citando principiam, & progressum suum per Dei gratiam habeat, ante omnia statuit, & decernit præmittendam esse confessionem fidei, <sup>b</sup> Patrum exempla in hoc secuta, qui sacrationibus Concilijs hoc scutum contra omnes hereses in principio suorum actionum apponere consueuerunt: quo folio aliquando & infideles ad fidem traxerunt, his etiops expugnarunt, & fidèles confirmarunt.

mārunt. Quæ symbolum fidei, quō sancta Romana Ecclesia vtitur tanquā principiū illud, in quo omnes, qui fidē Christi profertur necessariò conueniunt, ac fundamē-

**c. Mat. 16.** tūni firmum & vnicum, contra quod c. por.  
**c. in nouo.** tāt̄ inferi nunquam præualebūt, totidem  
**21. dist. ca.** saluator. 3. verbis, quibus in omnibus Ecclesijs legi-  
**queſt. 3.** tur, exprimendū esse censuit, quod qui-  
dem eiusmodi est.

**C**redo in unum Deum, patrē omnipotē, factorem cæli, & terræ, & visibi-  
lium omnium, & inuisibilium, & in unum  
Dominum Iesum Christū, filium Dei uni-  
genitum, & ex patre natum ante omnia se-  
cula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deū  
verum de Deo vero, genitum, non factum,  
consubstantiale in patri, per quem omnia  
facta sunt, qui propter nos homines, & pro-  
pter nostram salutem descendit de cælis, &  
incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria  
Virgine, & homo factus est, crucifixus etiā  
pro nobis sub Pontio Pilato, passus & se-  
pultus est, & resurrexit tertia die, secundum  
Scripturas, & ascendit in cælum, sedet ad  
dexteram patris, & iterum venturus est cū  
gloria iudicare viuos & mortuos, cuius re-  
gnū non erit finis: & in Spiritum sanctum  
Dominum, & viuificantem, qui ex Patre  
Filioq;

Filioq; procedit, qui cū Patre & Filio simul  
adoratur, & cōglorificatur, qui locutus est  
per Prophetas; & ynam sanctam Catholi-  
cam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor  
vnum baptisma in remissionē peccatorū:  
& expecto resurrectionem mortuorū, &  
vitam venturi seculi. Amen.

*Indictio futuræ Sessionis.*

**E**adem Sacrosancta oecumenica, & ge-  
neralis Tridentina Synodus, in Spiritu  
sancto legitimè congregata, in ea præsiden-  
tibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Lega-  
tis, intelligens multos Prælatos ex diuersis  
partibus accinctos esse itineri, nonnullos  
etiam in via esse, quo huc veniat, cogitansq;  
omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda,  
eo maioris apud omnes existimationis, &  
honoris videtri posse, quo maiori fuerint,  
& pleniori Patrum consilio, & præsentia  
fancita, & corroborata, statuit, & decreuit,  
futuram Sessionem post præsentem cele-  
brandam esse die Iouis, quæ subsequetur  
Dominicam, Lætare, proximè futuram: in-  
terim tamen non differri discussionem, &  
examinationem corum, quæ iphi Sy-  
nodo discutienda, & exami-  
nanda videbun-  
tur.

## SESSIO IIII.

Celebrata die xij. Mensis April.

M. D. XLVI.

*Decretum de Canoniciis scripturis, & traditionibus Ecclesiasticis.*

**S**ecunda Aetosaneta ecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut, sublatis erroribus, puritas ipsa Euangelij in Ecclesia conseruetur: quod promissum ante per Prophetas in Scripturis sanctis, Dñs noster Iesus Christus, Dei filius, proprio ore primum promulgauit, deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnem, & salutaris veritatis, & morum disciplinæ, omni creaturæ prædicari iussit: perspiciensq; hanc veritatem, & disciplinam cotineri in libris scriptis, & sine scipto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usq; pervenient.

Marc, vlti.

venerunt, orthodoxorum Patrum exēpla  
secuta, omnes libros tam veteris, quam no-  
ui Testamenti, cum vtriusq; vnus Deus sic  
actor, nec non traditiones ipsas, tum ad fi-  
dem, tum ad mores pertinentes, tanquā, vel  
ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto di-  
ctatas, & continua successione in Ecclesia  
Catholica conseruatas pari pietatis affe-  
ctu, ac reuerentia suscipit, & veneratur. Sa-  
crorum verò librorum<sup>a</sup> Indicem huic de-  
creto adscribendum censuit, ne cui dubita-  
tio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa  
Synodo suscipiuntur. Sunt vero infra scri-  
pti, Testamenti veteris quinque Moysi, id est,  
Genesis, Exodus, Leuiticus, Nu-  
meri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Rut,  
quatuor Regum, duo Paralipome-  
non. Esdræ primus, & secundus, qui dicitur  
Neemias, Tobias, Judith, Hester, Job, Psalterium Dauidicum centum quinqua-  
ginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes,  
Canticum canticorum, Sapientia, Eccle-  
siasticus, Isaias, Hieremias cū Baruch, Eze-  
chiel, Daniel, duodecim Prophetæ mino-  
res, id est, Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas,  
Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Ag-  
geus, Zacharias, Malachias, duo Machabœo-  
rum, primus, & secundus Testamenti noui,

<sup>a</sup> In canō.  
Apost. c. 84  
Gelasius in  
con. II. 70  
Epis. cōcil.  
Laodic.  
c. 39. cōcil.  
Carthag. 3.  
c. 47. c. san  
cta Roma.  
d. 15. & fi.  
epist. Eug.  
in Concil.

Flor. ad Ar  
menios.

quatuor Euangelia, secundum Matthæum,  
Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apo-  
stolorum à Luca Euagelista cōscripti: qua-  
tuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, ad Ro-  
manos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad  
Ephesios, ad Philipenses, ad Colossenses,  
duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timo-  
theum, ad Titum, ad Philemonem, ad He-  
bræos: Petri Apostoli duæ, Ioannis Aposto-  
li tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli:  
vna, & Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si  
quis autē libros ipsos integros cum omni-  
b⁹ suis partibus, prout in Ecclesia Catholi-  
ca legi cōsueverunt, & in veteri vulgata La-  
tina editione habetur, pro saceris, & canoni-  
cis non suscepere, & traditiones prædictas  
sciens & prudens contempserit, anathema-  
sit. Omnes itaq; intelligent, quo ordine, &  
via ipsa Synodus, post iactum fideli confes-  
sionis fundamētum, sit progressura, & qui-  
bus potissimum testimonijs, ac præsidijs in-  
confirmādis dogmatibus, & instaurandis  
in Ecclesia moribus, sit usurpatione.

*Decretum de editione & usu sacro-  
rum librorum.*

**I**Nsuper eadem sacrosancta Synodus cō-  
siderās nō parum utilitatis accedere pos-  
se Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis edi-  
tioni-

tionibus, quæ circunferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innoteſcat: ſtatuit, & declarat, vt hęc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſeculorum uſu in ipſa Ecclesia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expositiōnibus pro authētica habeatur, & vt nemo illā reiçere quo-uis prætextu audeat, vel præſummat.

Præterea, ad <sup>a</sup>coercēda petulantia ingenia, decernit, vt nemo, ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum, ad edificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturā ad ſuos ſenſus cōtorquenſis, contra eū ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Ecclesia, cuius eſt iudicare de ve-ro ſenſu, & interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam <sup>b</sup>cōtravñanimē cōſenſum Patrū ipſam Scripturā ſacrā interpreta-ri audeat, etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo uṇquā tēpore in lucem edēdæ fo-rent. Qui cōtrauenerint, per ordinarios de-clarētur, & pœnis à iure ſtatutis puniātur.

Sed & impressoribus modum in hac par-te, vt par eſt, imponere volens, qui iam ſine modo, hoc eſt, putātes ſibi licere quidquid libet, ſine licentia ſuperiorū Ecclesiastico-gum, ipſos ſacrā Scripturā libros, & ſuper illis

a cap. hęreſis. & c. Adā in fi. 24. q. 3. & infra ſeff. 13. c. l.

b Sic syno-d⁹ in Tral. c. 9, quā pu-tat Cōſtit. 6. c. exitie-ca fi. d ver. signifi. in. 6 lib. 5.

illis annotationes, & expositiones quorūlibet indifferenter, sāpē tacito, sāpē etiam emētito prælo, & quod grauius est, sine nomine auctoris imprimunt, alibi etiam impressos libros huiusmodi temere venales habēt, decernit, & statuit, vt post hac sacra scriptura, potissimum verò hæc ipsa vetus & vulgata editio quam emendatissimè imprimatur, nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosquis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neq; illos in futurū vēdere, aut etiā apud se retinere, nisi primum examinati, probatiq; fuerint ab Ordinario, sub poena anathematis & pecunie,

**c Sessiō de  
impressio-  
ne librorū  
sub Leone.** in canone **c** Concilij nouissimi Lateranensis apposita. **†** Et, si regulares fuerint, vltra examinationem, & probationem huiusmodi, licentiam quoque à suis superioribus im-

**† Vide post fi-  
nē lib.** petrare teneātur, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel euulgant, nisi antea examinati, probatiq; fuerint, eisdem pœnis subiaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint nisi prodiderint auctores, pro auctoris habeantur. Ipsa verò huiusmodi librorū probatio in scriptis detur, atque ideo in frōte libri, vel scripti, vel impressi, authenticè appa-

apparet: idque totum, hoc est, & probatio, & examen gratis fiat: ut probanda probentur, & reprobantur improbanda. Post hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba, & sententiæ Sacrae scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulatio[n]es, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos: mandat & præcipit, ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, ne de cætro quisquam quomodolibet verba Scripturaræ sacræ ad hæc, & similia audeat usurpare: ut omnes huius generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Episcopos coercentur,

*Indictio futuræ Sessionis.*

**I**Tem hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse feria quinta, post sacratissimum festum proximum Pentecostes.

(†)

SES-

# S E S S I O V.

## Celebrata die xvij. Mensis Iunij.

M. D. X L V I .

*Decretum de peccato originali.*

**Hebr. 11. b**

**Ephes. 4.**

**Genes. 3.**

**Infra 11. 7.**

**& 134.**

**V**T fides nostra Catholica, sine qua impossibile est placere Deo purgatis erroribus, in sua syncritate integra & illibata permaneat, & ne populus Christianus omni vento doctrinæ circuferatur: cum Serpēs ille, antiquus, humani generis perpetu⁹ hostis, inter plurima mala, quib⁹ Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiusque remedio non solum noua, sed vetera etiam dissidia excitauerit: sacrosancta oecumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, presidētibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, iam ad revocandos errantes, & nutantes confirmados accedere volens, sacrarum scripturarū, & sanctorum Patrum, ac probatissimorū Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium, & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fateſ, ac declarat.

-212-

**Si**

1 Si <sup>a</sup> quis non cofitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradi-  
so fuisset transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisiisse, incurrisseque per offensam præuaricationis huiusmodi, iram, & indignationem Dei, atq; idco mortem, quam antea illi cōminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatē sub eius potestate, b qui mortis dein de' habuit imperiū, hoc est diaboli, totumque Adam, per illā præuaricationis offensam, secundum corpus, & animam in detrius commutatum fuisse: anathema sit.

2 Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & c non eius propagini, asserit nocuisse: & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse, aut inquinatū illū per inobedientiæ peccatū, mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanū trāfudisse, nō autem & peccatum, quod mors est animæ: anathema sit, cum contradicat Apostolo dicenti: Per <sup>d</sup> vnū hominem peccatum intravit in mundū, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrāsijt, in quo omnes peccauerunt.

3 Si quis hoc Adæ peccatū, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione

<sup>a</sup> Celest. l.  
<sup>b</sup> Epist. 1. c. 4.

<sup>c</sup> Gene. 3.  
<sup>d</sup> Hebr. 2.

<sup>e</sup> Concil.  
Arauficanā  
2. c. 1.

<sup>f</sup> Rom. 5.  
<sup>g</sup> 1. Cor. 15.  
<sup>h</sup> Cōc. Arauficanum. 2.  
<sup>i</sup> cap. 1.

<sup>j</sup> Rom. 5.  
<sup>k</sup> d cap. pla  
cuit. c. reges  
terante, &  
c. queris in  
fi. de cōſe  
diſtin. 4.

transfusum omnibus, inest vnicuique proprium, vel per humanę naturę vires, vel per aliud remedium afferit tolli, quām per me ritum vnius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, e qui nos Deo reconciliauit in multipli de factus nobis f iustitia, sanctifi catio, & redemptio, aut negat ipsum Christi Iesu meritum per Baptismi sacramentum in forma Ecclesiae rite collatum, tam adultis, quām parvulis applicari: anathema sit: quia non ē est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos nemo dēcō salvos fieri, vnde illa h vox: Ecce agnus seca dist. 4 Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa, Quicūque baptizati ēstis, Christum induistis.

Si quis parvulos recentes ab uteris matrūm baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit k in re leuita. c. 2. mīssionem quidem peccatorū eos baptiza Cōc. Afric. ri, sed nihil ex Adam trahere originalis pec cōc. c. 17. & cati, quod regenerationis lauacro necesse cōc. dist. 4. fit expiari ad vitam æternam consequen t. Roma. 5. dam, vnde fit consequens, vt in eis forma cōc. placuit. Baptismatis, in remissionem peccatorum, cōc. quæcās. nō vera, sed falsa intelligatur, anathema sit generante, quoniam non aliter intelligendum est id, de cōc. d. 4. quod dixit Apostolus, <sup>1</sup> Per vñū hominē, peccat-

peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors petrauit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica, vbi que diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei extraditione Apostolorum etiam parvuli, qui nihil peccatorum in se metipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. <sup>m</sup> Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.

¶ Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismate confertur, reat originalis peccati remitti negat, aut etiam afferit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati ratione habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit, in renatis enim nihil odit Deus: quia nihil est damnationis, ijs, qui vere consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui non secundum carnem, ambulant, sed veterem hominem exuentes, & nouum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt, thare-

<sup>m</sup> Io.3.3.  
filius, & ca-  
p. dubito,  
decōsec. dt  
stn. 4.c.de  
bitum com-  
seq. de bap-  
t. Ex. cl. 13.

<sup>o</sup> Roma. 8.  
<sup>p</sup> Roma. 6.  
& cap. pro-  
priè de co-  
secr. dist. 4.

<sup>q</sup> Roma. 8.

<sup>r</sup> Co. off. 3.

<sup>s</sup> Ephes. 4.

<sup>t</sup> c. quomo-  
do renou-  
ri d. poni.

<sup>u</sup> dist. 2.

<sup>v</sup> Roma. 8.

<sup>w</sup> Galat. 3.

des quidem Dei, cohæredes autem Christi,  
ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli re-  
moretur. Manere autem in baptizatis con-  
cupiscentiam, vel somnitum, hæc sancta Syno-  
v Ex.c.vlt.  
h. i. de pec.  
me. & rem.  
dns fatetur, & sentit, quæ cum ad <sup>v</sup> agonē  
relieta sit, nocere non consentientibus, sed  
utiliter per Christi Iesu gratiam repugnan-  
x 2.Tim. 2. tibus non valet, quinimo, qui legitime <sup>x</sup> cer-  
tauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiā  
y Rom. 6. quam aliquando <sup>y</sup> Apostolus peccatum ap-  
7. 8. Colos. pellat, sancta Synodus declarat ecclesiā ca-  
tholicam nunquam intellexisse peccatum  
appellari, quod vere, & propriè in renatis  
z Respicit, peccatum sit, z sed quia ex peccato est, & ad  
c. 15. lib. 1. peccatum inclinat. Si quis autem contrariū  
cōtra, 2. epi-  
sto. Pelag.  
& alios lo. fenserit, anathema sit.

Declarat tamē hæc ipsa sancta Synodus, cos eiusdem, non esse suæ intentionis comprehēdere in  
aa In extra. hoc decreto, vbi de peccato originali agi-  
cūmē. li. 3. tur beatam & immaculatam virginē Mariā  
ven. sanct. Dei genitricem, sed obseruandas esse <sup>aa</sup> cō-  
ca. 2. graue stitutiones, fœlicis recordatiōis Xysti Papę  
nimis.  
Vide post si IIII. sub pœnis in eis constitutionibus cō-  
nem huius tentis, quas innouat.

libri. *Decretum de reformatione, & de interpretatione  
sacrae scripturæ in ecclesijs necessaria, atque  
alijs ad id pertinentibus.*

Cap. I.

Eadem

**E**adem sacrosancta Synodus, pijs sum-  
morum Pontificū, & probatorū <sup>a</sup> Con  
cilorum constitutionibus inhārens, easq;  
amplectēs, & illis adiiciēs, ne cœlestis ille  
sacrorum librorum thesaurus, quem Spirī-  
tus sanctus summa liberalitate hominibus  
tradidit, neglectus iaceat, statuit, & decre-  
uit, quod in illis ecclesijs, in quibus præbē-  
da, aut præstimonium, seu aliud quovis no-  
mine nuncupatum stipendium pro lectori-  
bus sacræ Theologiæ deputatū reperitur,  
Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij  
locorū Ordinarij eos, qui præbēdam, aut  
præstimonium, seu stipendium huiusmo-  
di obtinent, ad ipsius sacræ Scripturæ ex-  
positionem, & interpretationem per se ip-  
sos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum  
substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis,  
Primitibus, & alijs locorum Ordinarijs eligendum, etiam per subtractionem  
fructuum, cogant, & compellant. De cete-  
ro verò præbenda, præstimonium, aut sti-  
pendium huiusmodi, non nisi personis ido-  
neis, & quæ per se ipsos id munus explica-  
re possint, conferantur, & aliter facta pro  
uisio nulla sit, & inualida. <sup>b</sup> In ecclesijs, au-  
tem Metropolitanis, vel cathedralibus, si ci-  
uitas insignis, vel populosa, ac etiam in col-

<sup>a</sup> Vide Cō  
ci. Lat. sub  
Inno. III. c.  
<sup>12.</sup>

<sup>b</sup> c. quia &  
c. si. d. mag.  
& infra Ses.  
23. de ref.  
cap. 18.

legiatis existētibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diocesis, si ibi Clerus numerosus fuerit, vbi nulla præbēda, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodo cunque, præter quam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatible iniunctum nō sit, ad eum usum ipso facto perpetuò cōstituta, & deputata intelligatur. Et quaten⁹ in ipsis ecclesijs nulla, vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assidere reform.

<sup>c</sup> Infra Sess.

24. ca. 18.

de reform.

d Cōc. Cō

stan. 6.c.5.

cū alleg. à

me intrat.

ā pri. scho.

priu. 88. c.

x. &c. quia

de mag. Cō

cil. Litera.

sub Alexā.

III. c. 18. &

sub Ionocē.

III. c. 11. &

infra Sess.

23. c. 18. de

ref. Clem.

ne in agio.

ā sta. mo. c.

2. de mag.

gnationem fructuum alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamen debitiss supportatis oneribus, vel per cōtributionē beneficiatorum suæ ciuitatis, & diocesis, vel alias, prout cōmodius fieri poterit, de Capituli cōfilio ita prouideat, ut ipsa sacræ Scripturæ lectio habeatur, ita tamen, ut quæcūq; aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quævis aliaratione institutæ, propter id minime prætermittantur. Ecclesiæ vero, quarū annui prouentus tenues fuerint, & vbi tam exigua est Cleri, & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commode haberi non possit, saltē magistrū habeat, ab Episcopo cum consilio Capituli eligēdum, qui Clericos, aliosq; scholares pauperes Grammaticam

maticam gratis doceat, ut deinceps ad ipsa  
sacræ Scripturæ studia, annuente Deo, trā-  
sire possint, ideoq; illi magistro Grammati-  
ces, vel alicuius simplicis beneficij fructus,  
quos tandiu percipiat, quandiu in docendo  
perstiterit, aīsignētur, dum tamen benefi-  
cium ipsum suo debito non fraudetur obse-  
quio, vel ex capitulari, vel Episcopali mē-  
sa condigna aliqua merces persoluatur, vel  
aliās Episcopus ipse aliquam rationē ineat  
suæ ecclesiæ, & diocesii accommodam, ne  
pia hæc vtilis, atque fructuosa prouisio  
quouis quæsito colore negligatur. In mo-  
nasterijs quoque monachorum, vbi com-  
modè fieri queat, etiam lectio sacræ Scri-  
pturæ habeatur: qua in re si Abbates ne-  
gligentes fuerint, Episcopi locorum, in  
hoc, vt Sedis Apostolicæ delegati, eos ad  
id opportunis remedijs compellant. In c.2. d' magi-  
conuentibus verò aliorum Regularium, in  
quibus studia commodè vigere possunt, sa-  
cræ Scripturæ lectio similiter habeatur,  
quæ lectio à Capitulis generalibus, vel pro-  
vincialibus assignetur dignioribus magi-  
stris. In Gymnasijs etiam publicis, vbitam  
honorifica, & cæterorum omnium ma-  
ximè necessaria lectio hactenus instituta  
nō fuerit, religiosissimorum Principū, ac

Rerum publicarum pietate, & charitate ad Catholicæ fidei defensionem & incrementum, sanæq; doctrinæ conseruationem, & propagationem instituatur: & vbi instituta foret, & negligeretur, restituatur. Et, ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem sancta Synodus neminem ad huiusmodi lectionis officiū tā publicē, quā priuatim admittēdū esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit, quod tam de lectoribus in claustris monachorū nō intelligatur. Docentes verò ipsam sacrā Scripturam, dum publicē in scholis docue

<sup>a c. fin. de rint, & scholares, c qui in ipsis scholis stu-</sup>  
<sup>mag. alleg. in inco tra et a. d priu. fest. pri. 93</sup> dent, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum, in absentia à iure communi concessis, plenè gaudeant, & fruantur,

*De prædicationis munere exequendo, & licentia superiorum ad id requisita. Cap. II.*

<sup>a Infr. Seſ.</sup>  
<sup>2 4. c. 4. de refor. b 11. To- Jea. c. 2.</sup>

**Q** Via verò Christianæ Reipublicæ<sup>a</sup> nō minus necessaria est prædicatio Euangelij, quā lectio, & <sup>b</sup> hoc est præcipuū Episcoporū munus, statuit, & decreuit eadem sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarū Prælatos teneri perse ipsos, si legitime

mē impediti non fuerint, ad prædicandum  
sanctum Iesu Christi Euangeliū. Si verò cō  
tigerit Episcopos, & alios prædictos legiti  
mo detineri impedimento, iuxta formam  
generalis <sup>c</sup> Concilij viros idoneos assumere  
teneantur ad huiusmodi prædicationis offi  
cium salubriter exequēdū. Si quis aut̄ hoc  
adimplere cōtempserit, districtæ subiaceat  
vltioni. Archipresbyteri quoq; Plebani, &  
quicunq; Parochiales, vel alias curam ani  
marū habētes, ecclesias quocūq; modo ob  
tinent, per se, vel alios idoneos, si legitimè  
impediti fuerint, <sup>d</sup> diebus saltem Domini  
cis, & festis solennibus plebes sibi commis  
fas pro sua & earum capacitate pascant salu  
taribus verbis, docēdo, quæ scire omnibus  
necessariū est ad salutem, annūciādoq; eis,  
cū breuitate & facilitate sermonis, vitia, q̄  
eos declinare, & virtutes, quas sectari opor  
teat, vt poenā æternā euadere, & cælestem  
gloriam cōsequi valeant. Id verò si quis co  
rum præstare negligat, etiam si ab Episco  
pi iurisdictione quavis ratione exemptum  
se esse prætenderet, etiamsi ecclesię quouis  
modo exemptæ dicerentur, aut alicui mo  
nasterio, etiam extra diœcesim existenti,  
forsan annexæ, vel vnitæ, modo re ipsa in  
diœcesi sint, prouida pastoralis Episcopo

<sup>c</sup> Conc. Later. sub In  
no. III. c.

10.c. inter

cetera. de

offi iud.or

din. Vide

post finem

huius libri.

<sup>d</sup> Cōci. Cō

stan. 6.c. 8.

ca. exiit. §

habet etiāt

de verb. si

gni. Cōcil.

Later. vlti.

Sess. 11.

rum solicitude nō desit, ne illud impleatur  
 Paruuli petierunt panem, & nō erat qui frá  
 geret eis. Itaq; vbi ab episcopo moniti triū  
 mensium spatio muneri suo defuerint, per  
 cēsuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius epis-  
 copi arbitrium cogantur, ita ut etiam si ei  
 sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum  
 fructibus alteri, qui id præstet, honesta ali-  
 qua merces persuauatur, donec principalis  
 ipse resipiscens officium suum impleat.

Si quæ verò parochiales ecclesiæ reperiā-  
 tur subiectæ monasterijs in nulla diœcesi  
 existentibus, si abbates, & regulares Prela-  
 ti in prædictis negligentes fuerint, à Metro-  
 politanis, in quorū p[ro]vincijs diœceses ipsæ  
 sitæ sunt, tanquā, quo ad hoc, Sedis Aposto-  
 licæ delegatis, cōpellātur: neq; huius decre-  
 ti executionē cōsuetudo, vel exēptio, aut  
 appellatio, aut reclamatio, siue recursus im-  
 pedire valeat, quo usq; desuper à cōpetēti  
 iudice, qui sumariè, & sola facti veritate in-  
 specta procedat, cognitum & decisum fue-  
 rit.

<sup>c Cōc. La-</sup> Regulares vero cuinuscunq; ordinis, ni-  
 te. viii. S:sc. si à suis Superioribus de vita, & moribus &  
 11. de mo- scientia examinati, & approbati fuerint, ac  
 do p[re]cc. de eorum licentia, etiam in ecclesijs suorū  
 Ordinum, prædicare non possint, cum qua  
 licentia personaliter se coram Episcopis  
 p[re]

præsentare, & ab eis benedictionem petere teneatur, atqueā prædicare incipiāt. In Ecclesijs verò, quæ suorū ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorū, f. etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis ecclesijs non suorum ordinum nullo modo prædicare possint: ipsam autē licentiam gratis Episcopi concedant.

fc. excōmu  
nicamus. §.  
quia vero.  
de hære. in  
fra. Sef. 24.  
c. 4. de ref.  
& ca. non li  
ceat. 92 dī.  
ad Rom. 10

Si verò, quod absit, prædictor errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiā si in monasterio sui, vel altetius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hærefes prædicauerit, contra eum secūdum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, etiam si prædictor ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet, quo causa Episcopus auctoritate Apostolica, & tamquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curent autē Episcopi, ne quis prædictor, vel ex falsis informationibus, vel alias calūniosè vexetur, iusta vē de eis conquerendi occasionem habeat.

Caveant præterea Episcopi, ne aliquem, vel eorū, qui cū sint nomine Regulares, extra claustra tamen, & obedientiam religionum suarū viuunt, vel Presbyterorū seculariū, nisi ipsis noti sint, & moribus atque

atq; doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in sua ciuitate, vel diœcesi prædicare permittat, donec ab ipsis Episcopis super eare, sancta Sedes Apostolica consulatur, à qua priuilegia huiusmodi, nisi tacita veritate, & expresso mēdacio ab indignis extorqueri verisimile non est.

**g Cōc. Lat.** Quæstores & verò eleemosinarij, qui etiā fab. Ina. III am quæstuarij vulgo dicuntur, cuiuscunq; c. 62 ca. cū conditionis existant, nullo modo nec per ex eo dī pę. se, nec per alium prædicare præsumant, & abusioneb<sup>9</sup> contra facientes ab Episcopis, & Ordinacod. tit. inf. rijs locorum, priuilegijs quibuscūq; non Sess. 21. de obstātibus, oportunitis remedijs omnino ref. c. 9. ca. arceantur.  
vt officiū. § cōpescēdi.

de hęt. in 6.

### *Indictio futuræ Sessionis.*

**I** Tem hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, primam futuram Sessionē tēnendam, & celebrandā esse die Iouis, feria Quinta post festum beati Iacobi Apostoli.

*Prorogata deinde fuit Session ad diē xij. Mensis Ianuarij M. D. XLVII.*

S E S-

S E S S I O VI.  
Celebrata die xiiij. Mēsis Ianuarij.  
M. D. XLVII.

*Decretum de iustificatione.*

P R O O E M I V M .



V M hoc tempore, nō sine mul-  
tarum animarū iaētura, & graui  
Ecclēsiasticæ vnitatis detrimē-  
to, erronea quædam dissemina-  
ta sit de iustificatione doctrina, ad laudem,  
& gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiae trā  
quillitatem, & animarū salutē, sacrosancta  
œcumenica, & generalis Tridentina Syno-  
dus, in Spiritu sancto legitimè cōgregata,  
præsidentibus in ea nomine sanctissimi in  
Christo Patris, & Domini nostri, Domini  
Pauli diuinaprouidētia Papæ Tertij, Reue-  
rendissimis Dominis, Dominis, Ioan. Ma-  
ria, Episcopo Prænestino de Mōte, & Mar-  
cello tit. S. Crucis in Hierusalē Presbytero,  
sanctæ Romanæ Ecclēsiæ Cardinalibus, &  
Apostolicis de latere Legatis, exponere in-  
tendit omnibus Christi fidelibus veram fa-  
namq; doctrinam ipsius iustificationis, quā  
Sol

**H**ebri. 2. Soli iustitiae Christus Iesus, fidei nostræ auctor, & consummator, docuit, Apostoli tradidérunt, & Catholica ecclesia, Spiritu sancto fuggerente, perpetuò retinuit districtius inhibedo, ne deinceps audeat quisquam alter credere, prædicare, aut docere, quā præfenti decreto statuitur, ac declaratur.

*Denaturæ, & legis ad iustificandos homines imbecillitate. Cap. I.*

**P**rimum declarat sancta Synodus, ad iustificationis doctrinā probè, & sincerè intelligēdā, oportere, ut vnuſquisq; agno-  
a' Cœlest. I. seat & fateat, quod a cū oēs homines in pre  
epis. I. c. 4. uaricatione Adæ innocētiā b perdidissent,  
1. Cor. 15. facti iminūdi, & vt Apostolus inquit, e na-  
Rom. 5. b Eſai. 24. tura filij iræ, quemadmodum in decreto de  
c. Ephe. 2. a peccato originali exposuit, vſq; adeo serui  
ſuprā ſef. 5. erant peccati, & ſub a potestate Diaboli, ac  
in princ. d Rom. 6. mortis, vt non modo gentes per vim natu-  
Hebr. 2. ræ, ſed ne Iudæi quidem per ipsam etiam li-  
e Cœcil. 2. terā legis Moysi, inde liberati, aut surgere  
Aiaſuſ. c. 5. poſſent, tametli in eis liberum arbitriū mi-  
nime extinctū eſſet, e viribus licet attenua-  
tum, & inclinatum.

*De diſpenſatione, & myſterio aduentus Chri-  
ſti. Cap. II.*

a 2. Co. 2. a **O**vo factum eſt, vt coeleſtis pater, a pa-  
ter misericordiarum, & Deus totius  
læc  
con-

cōsolationis, Christū Iesum, filium suum,  
& ante legem, & legatis tēpore multis b san- b Gen. 49.  
& tis Patribus declaratū, ac promissum, cum cūm sim.  
venit beata illa plenitudo c tēporis, ad ho- c Galat. 4.  
mines misericordia, ut & Iudæos qui sub lege d Rōm. 3.  
erant, redimeret, & d gentes, que nō se sta- & s. Col. 2.  
bāturi iustitiam, iustitiam apprehenderent, l. Timo. 2.  
atq; omnes adoptionem filiorum recipi- & 2. Tim. 1.  
rēt. e Hunc proposuit Deus propitiatorem cap. multi-  
per fidē in sanguine ipsius pro peccatis no- plex. de pos  
stris, nōt solum autem pro nostraris, sed etiā ni dist. 1.  
pro totius mundi.

*Qui per Christum iustificantur. Cap. III. 1*

V Erum, et si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamē mortis eius beneficium recipiunt, sed ijdūtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur: nam, si cut revera homines, anisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cum ea propagatione, per ipsum dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita, nisi in Christo renascerenter, nunquam iustificantur, cum ea renascientia per meritum passionis eius gratia, qua iustificantur, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos b semper age rehortat Patri, qui dignos nos fecit in partem fortis Sæctorū in lumine, & eripuit de

2. Cor. 5.  
a Allatio  
ad 3d̄ba Au-  
gu. epi. 89.  
Omnis qui  
renascetur  
in iustifica-  
tionē. & c.  
que alibi  
crebro in-  
culcat.  
b Iust. ca. 1  
Coloss. 1.

potestate tenebrarum, trāstulitq; in regnū filij dilectionis suæ, in quo habemus redēptionem & remissionem peccatorum.

*Infinuatur descriptio iustificationis impij & modus eius in statu gratiæ. Cap. IIII.*

**Q** Vibus verbis iustificationis impij descriptio infinuatur, vt sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundū Adam Iesum Christum salvatorē nostrum: quæ quidem translatione post Euangelium promulgatū, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri nō potest, sicut scriptum est: <sup>a</sup> *Nisi quis renō dubito. natus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non decōs, d. 4.* potest introire in regnum Dei.

*De necessitate præparationis ad iustificationem in adultis, & unde sit. Cap. V.*

**D** Eclarat præterea, ipsius iustificationis exordiū in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis corū existentibus meritis, vocantur, vt, qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitā tem, atq; adiuvātem gratiam ad conuertēdum se ad suā ipsorum iustificationem, eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperādo disponantur: <sup>a</sup> *ita vt, tangente Deo cor homi-*

<sup>a</sup> *Iusta ca-  
nd. 3.*

hominis per Spiritus sancti illuminationem, b Prosp. II.  
 neque homo ipse nihil omnino agat, inspi- 2. de voca.  
 rationem illam recipiens, quippe qui b illam gent. c. 28.  
 & abijcere potest, neque tamen sine gratia & 26.  
 Dei mouere se ad iustitiam coram illo libe- c Zach. 4. 3  
 ra sua voluntate possit, vnde in sacris literis, Joel. 2. ca.  
 cum dicitur: c Conuertimini ad me, & ego cōuertimini-  
 cōuertar ad vos, libertatis nostræ admone- ni. de pœn.  
 mur. Cum respondemus: d Conuerte nos distin. 1.  
 Domine ad te, & cōuertemur: Dei nos gra- d Thr. 5. d  
 tia præueniri confitemur. Hier. in fi.  
 oratiōis. &  
 c. 31. c.  
 Roma. 10.

*Modus præparationis. Cap. VI.*

**D**Isponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipiētes, libere mouentur in Deū, credentes vera esse, quæ diuinus reuelata, & promissa sunt, atq; illud in primis, à Deo iustificari impium per gratiā eius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, & dum peccatores se esse intelligētes, à dininæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandum Dei misericordiam se conuertendo, in spem erigūtur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumq; tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata per odiū aliquod, & detestationem, hoc est, per eam

E pœni-

a Infrā ca.

14. & Sess.

14. c. 4. ds

cōstitutione.

pœnitentiam, quam ante Baptismum agi oportet: deniq; dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mandata. De hac dispositione

b Heb. 11. scriptum est: b Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus

c Mar. 2. & Matth. 9. se remunerator sit, Et c, Confide fili, remit-

d Eccle. 1. tentur tibi peccata tua. Et, d Timor Domini

e Act. 2. c. ni expellit peccatum. Et, e Pœnitentiā agi-

agunt. & c. te, & baptizetur unusquisq; vestrum in no-

propriè de mine Iesu Christi, in remissionem peccato-

f Mat. vlti. rum vestrorum, & accipietis donum Spiriti-

Luc. 24. ca. tus sancti. Et, f Euntes ergo docete omnes

prima ca. si gentes baptizantes eos in nomine Patris,

qua. & cap. propriè de & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos fer-

conse. d. 4. uiare, quæcunq; mandaui vobis. Denique g

g 1. Reg. 7. Præparate corda vestra Domino.

*Quid sit iustificatio impij, & quæ eius causæ.*

*Cap. VII.*

Hanc dispositionem, seu præparatiō-  
nem iustificatio ipsa consequitur, quæ  
non est sola peccatorum remissio, sed &  
sanctificatio, & renouatio interioris homi-  
nis per voluntariam susceptionem gratiæ,

Titum. 3. & donorum: unde homo ex iniusto fit iu-  
stus, & ex inimico amicus, vt sit hæres se-  
cundum spem vitæ æternæ. Huius iustifi-  
cationis causæ sunt, finalis quidem, gloria

*Dei.*

Dei, & Christi, ac vita æterna: efficiens ve- a Cor. 6.  
 rò, misericors Deus, qui gratuitò abluit, q Tit. 3.  
 & b sanctificat signans, & vngens c spiritu c Ephes. 1.  
 promissionis sancto, qui est pignus hæredi  
 tatis nostræ: meritoria autem, delectissim⁹  
 vnigenitus suus, Dominus noster, Iesus  
 Christus: qui, cū d essemus inimici, propter d Ephes. 2.  
 nimiam charitatē, qua dilexit nos, sua san- Roma. 3.  
 etissima passione in ligno crucis nobis c iu- e Ephes. 2 à  
 stificationem meruit, & pro nobis Deo pa  
 tri satisfecit, instrumētalis item, Sacramen Rom. 4. d.  
 tum Baptisini, quod f est sacramentū fidei f c. nibile est  
 sine qua nulli vñquam cōtigit iustificatio: de concre.  
 demū vniča formalis causa eīt iustitia Dei, dīst. 4.  
 nō qua ipse iustus est, sed qua nos iustos fa  
 cit, qua videlicet, ab eo donati, renouamur  
 spiritu mentis nostræ, & non modo reputa  
 mur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iū  
 stitiam in nobis recepientes vñusquisque  
 suam secundam mensuram, qua g Spiritus g 1. Cor. 12  
 sanctus partitur singulis prout vult, & secū Eph. 5. 4.  
 dum propriam cuiusque dispositionem, &  
 cooperationem, quāquam enim nemo pos  
 sit esse iustus, nisi cui merita passionis Dñi  
 nostri Iesu Christi cōmunicantur: id tamē h Philip. 3.  
 in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem  
 sanctissimæ passionis merito per Spiritū sā  
 crum charitas D̄ci diffunditur in cordib⁹ i Rom. 5.

eorum, qui iustificantur, atque ipsis in hæ  
 ret, vnde in ipsa iustificatione cum remissio  
 ne peccatorum hæc omnia simul infusa ac  
 cipit homo per Iesum Christum, cui inseri-  
 tur, fidem, spem, & charitatem: <sup>K</sup> nam fides,  
 nisi ad eam spes accedat, & charitas, ne que-  
 vnit perfecte cum Christo, neque corporis  
 eius viuum membrum efficit: qua ratione  
 Iaco. 2. in verissimè dicitur, <sup>l</sup> Fidē sine operibus mor-  
 fin. tuam, & ociosam esse. Et in <sup>m</sup> Christo Iesu  
 Galat. 5 neque circuncisionem aliquid vallere, neq;  
 & 6. c. cit- cūcīsio. de præputium, sed fidem, quæ per charitatem  
 pœni. d. 2. operatur. Hac fidem ante Baptismi Sacra-  
 mentum ex Apostolorum traditione Ca-  
 techumeni ab ecclesia petunt, cùm petunt  
 fidem vitam æternam præstantem, quam  
 sine spe, & charitate fides præstare non  
 potest: vnde & statim verbum Christi  
 n Mat. 19. audiunt, <sup>n</sup> Si vis ad vitam ingredi, serua  
 mandata. Itaque, veram, & Christianam  
 iustitiam accipientes, eam o seu primam  
 o Luc. 15. stolam pro illa, quam Adam suainobedien-  
 quomodo renouari. <sup>o</sup> tia sibi, & nobis perdidit, per Christum  
 pœni. d. 2. Iesum illis donatam, candidam, & imma-  
 culatam iubentur statim renati conserua-  
 re, vt eam perferant ante tribunal Do-  
 mini nostri Iesu Christi, & habeant vitam  
 æternam.

Quomo-

Quomo do intelligatur, impiam per fidem, & gratis iustificari Cap. VIII.

**C**Um verò Apostolus dicit, iustificari hominem per fidē, & gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholice cōsenſus tenuit, & expressit, vt scilicet, per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanę ſalutis initiu, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius confortium peruenire, gratis autem iustificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera ipsam iustifica tionis gratiā promeretur, ſi enim gratia eſt, iam nō ex operibus, alioquin, vt idē Apost. inquit, gratia iam non eſt gratia.

*Contra inanem hæreticorum fiduciam.*

*Cap. IX.*

**Q**Vanuis autem necessarium sit crede re, neque remitti, neque remiſſa vnu quam fuisse peccata, niſi gratis diuina mife ricordia propter Christum: nemini tamē fiduciam, <sup>a</sup> & certitudinem remiſſionis pec catorum ſuorum iactāti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicē dum eſt, cum apud hæreticos, & ſchismati cos poſſit eſſe: imo noſtra tempeſtate ſit, &

E 3 magna

Rom. 3.

Heb. II, in fra can. 9.

Rom. II, Ephes. 2.

Tit. 3.

<sup>a</sup> Infr. can. 12. & 13.

magna contra Ecclesiam Catholicam contumaciam prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud assursum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt, absque illa omnino dubitatione apud se metipso statuere se esse iustificatos, neminemque à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum, qui certò credat se absolutum, & iustificatum esse: atque hæc sola fide absoluti, & iustificationē perfici, quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, de quibus mortis, & resurrectionis Christi efficacia dubitet: nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, de quibus Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest, cum nullius scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

*De acceptæ iustificationis incremento. Cap. X.*

**S**I ergo iustificati & amici Dei, ac domini

<sup>a</sup> Psalm. 31. <sup>b</sup> cunctes de virtute in virtutē  
<sup>ca. infra. cap.</sup> renouantur, ut Apostolus inquit, de die in  
<sup>24. 2. Cor.</sup> diem, hoc est, mortificando membra carnis  
<sup>4 in fi. col-</sup> suæ, & exhibendo ea arma iustitiae in san-  
<sup>lot. 3</sup> tificationem, per observationem manda-  
<sup>b Ro. 6. d</sup> torum

torum Dei, & Ecclesiæ, in ipsa iustitia per Christi gratiā accepta, cooperante fide bonis operib⁹, crescūt, atq; magis iustificātur, sicut scriptū est: <sup>c</sup> Qui iust⁹ est, iustificetur adhuc. Et iterū: <sup>d</sup> Ne verearisvsq; ad mortē iustificari. Etrursus: <sup>e</sup> Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc verò iustitiæ incrementū petit sancta Ecclesia, cum orat: Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis augmentum.

*De obseruatione mandatorum, deq; illius necessitate, & possibiliate. Cap. XI.*

**N**emo autē, quātumuis iustificatus, liberū se esse ab obseruatione mandatorū putare debet: nemo temeraria illa, & à Partib⁹ sub anathemztc prohibita voce vti. Dei præcepta homini iustificato ad obseruādū esse impossilia: nā <sup>a</sup> Deus <sup>b</sup> impossilia nō <sup>c</sup> iubet, sed <sup>d</sup> iubēdo monet, & facere qđ possis, & petere qđ nō possis, & adiuuat, vt possis. <sup>e</sup> Cuius mādata grauia nō sunt, cui⁹ fīngum suave est, & onus leue: qui enim sūt filij Dei, Christū diligūt: quig autē diligūt eū, vt ipsem̄ testatur, seruāt sermones ei⁹: quod vtiq; cū diuino auxilio præstare pos- sunt: licet enim in hac mortali vita quantumuis sancti, & iusti in leuia saltē & quo <sup>f</sup> ḡ diana, quæ etiā venialia dicuntur peccata,

<sup>c</sup> Apdc. vi.<sup>d</sup> Eccl. 18. c<sup>e</sup> Iaco. 2. d<sup>a</sup> Ex Aug.<sup>b</sup> c. 43. li. de<sup>c</sup> nat. & gra.<sup>d</sup> b. 1. Ioā. 5.<sup>e</sup> infr. cā. 18.<sup>f</sup> c. Cōci. A-<sup>g</sup> rau. 2. c. 25.<sup>d</sup> Vide Hie<sup>ro. in epist.</sup><sup>e</sup> ad Cresiph.<sup>f</sup> t. Ioā. 5.<sup>g</sup> Matth. 11.<sup>h</sup> Ioā. 11.<sup>i</sup> Cōc. Afri.<sup>j</sup> c. 8 1. & 2. 83.<sup>k</sup> 83.

quandoq; cadant, non propterea desinunt  
 h Cōc Mi esse iusti. h Nam i iustorū illa vox est & hu-  
 leui, c. 7. & milis, & verax: Dimitte nobis debita no-  
 8. & 9.  
 i Matth. 6 stra, quo fit, vt iusti ipsi eo magis se obliga-  
 Luc. 12. ca tos ad ambulandum in via iustitiae sentire  
 vnu. 2 5. d. debeant, quo liberati iam à peccato, k serui  
 c. adhuc, & autē facti Deo, l sobriè, iuste, & pie viuētes  
 c. de quoti dianis. de proficere possint per Christum Iesum: per  
 pœn. dif. 3. quem m accessum habuerūt in gratiā istā n  
 K Rom. 6. Deus nanq; o sua gratia semel iustificatos  
 l Titum. 2. non deserit nisi ab eis prius deseratur, itaq;  
 m Infra ca nemo sibi in sola fide blādiri debet, putans  
 nno. 20. n Rom. 5. fide solase hæredem esse cōstitutum, hære-  
 o Aug. lib. ditatemque cōsecuturum, etiam si Christo  
 de narur. & gratia cap. non p cōpatiatur, vt & cōglorificetur: nam  
 26. & pros. & Christus ipse, vt inquit Apostolusq cum  
 Sēt. 7. ad c. esset filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus  
 Gallorū. & est, obedientiam, & consumatus, factus  
 resp. ad 8. est omnibus, obtemperātibus sibi, causa  
 obiect. Vin cen. salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse  
 p Rom. 8. monet iustificatos, dicens. Nescitis, quod  
 q Philip. 2. ij, qui in stadio currunt, omnes quidem  
 Hebre. 5. currunt, sed vnu accipit brauium? sic cur-  
 t 1. Cor. 9. rite, vt comprehendatis. s Ego igitur sic  
 curro, nō quasi in incertum, sic pugno, nō  
 quasi aerem verberans, sed castigo corpus  
 meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cū  
 alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Item

Item princeps Apostolorum Petrus: Sata t 2. Petr. I.  
 gite, vt per bona opera certam vestrā voca  
 tionem & electionē faciatis, hæc enim faciē  
 tes, non peccabitis aliquando. <sup>v</sup> Vnde cō-  
 stat eos orthodoxæ religionis doctrinæ ad <sup>v Infra ca.</sup>  
<sup>no. 15.</sup> uersari, qui dicunt, iustū in omni bono ope  
 re saltem venialiter peccare, aut, quod intō  
 lerabili<sup>9</sup> est, pœnas æternas mereri, atque  
 etiam eos, qui statuunt, in omnibus operi-  
 bus iustos peccare, si in illis suam ipsorum  
 socordiam excitando, & se se ad currēdum  
 in stadio cohortando, cum hoc vt in primis  
 glorificetur Deus, mercedem quoq; intuē-  
 tur æternā, cum scriptum sit: Inclinaui cor  
 meum ad faciendas iustificationes tuas pro  
 pter retributionē: & de Mose dicat Apostle  
 Ius, quod respiciebat in remunerationem.

*Prædestinationis temerariam præsumptionem ca-  
 uendam esse. Cap. XII.*

**N**emo quoque, quandiu in hac morta-  
 litate viuitur, de arcano diuinæ præde-  
 stinationis mysterio vsq; adeo præsumere <sup>Infr.ca. 15.</sup>  
 debet, vt certò statuat se omnino esse in nu- <sup>& 16.c. cor-</sup>  
 mero prædestinatorum, quasi verum esset, <sup>ripiatur. in</sup>  
 quod iustificatus, aut amplius peccare non <sup>fi. 24. q. 3.</sup>  
 possit, aut, si peccauerit, certā sibi resipiscē- <sup>Ezech. 18.</sup>  
 tiā promittere debeat, nam, nisi ex specia <sup>Galat. 3.</sup>

li reuelatione, sciri non potest, quos Deus  
fibi elegerit.

*De perseverantiae munere. Cap. XIII.*

**S**imiliter de perseveratię munere, de quo  
a Matt. 10. & 24.c. sag. gestū. 7.q. i. &c. non re scriptū est: b Qui perseverauerit usq; in  
de Poeni. d. 2. infr. can. 16. & 22. Ezech. 33, finē, hic saluus erit: quodquidē aliūde habe  
cere. Verūtamen qui se c existimāt stare, vi ri nō potest, nisi ab eo, qui potens est, eū,  
d Philip. 2. deāt, ne cadant, & cum d timore ac tremore qui stat, statuere, ut perseverāter stet, & eū  
e 1. Cor. 10. & 2. Pet. 1.a absoluta certitudine pollicetur, tametsi in  
f Rom. 8. Dei auxilio firmissimam spem collocare, &  
reponere omnes debent. Deus enim, nisi ip si illius gratiæ defuerint, sicut b cœpit opus  
bonum, ita perficiet operans velle, & perfi c deūtamen  
d Philip. 2. deāt, ne cadant, & cum d timore ac tremore cere. Verūtamen qui se c existimāt stare, vi  
e 1. Cor. 10. & 2. Pet. 1.a salutem suam operentur in laboribus, in vi  
f Rom. 8. gilijs, in eleemosynis, in orationib⁹, & obla  
tionibus, in ieiunijs, castitate, fornicidare enim debent, scientes c quod in spem glorię  
& nondum in gloriam renati sunt, de pu gna, quæ supereſt cum carne, cū mundo, cū  
Diabolo: in aquavictores esse nō possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo optemperēt,  
dicenti: f Debitores sumus, nō carni, vt se cundum carnem viviamus: si enim secundū  
carnem vixeritis, moriemini: si autem spiri tu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

De

*De lapsis, & eorū reparatione Cap. XIII.*

**Q**uoniam ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procurauerint: hic enim iustificationis modus est lapsis reparatio: quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulâ sancti <sup>b</sup> Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro ijs, qui post Baptismum in peccata labuntur Christus Iesus Sacramentum instituit Pœnitentiæ, cum dixit. <sup>c</sup> Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retentæ sunt. Unde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multò aliam esse à baptismali, eaque contineri non modo cessionem à peccatis, & eorū detestationē <sup>d</sup>, aut cor contritum, & humiliatum, verum etiam corundem sacramentalem Confessionem saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem Absolutionem, itemque Satisfactionem per ieiunia, elemosynas, orationes, & alia pia spiritualis virtutæ exercitia, non quidem pro pœna æternâ, quæ vel Sacramento, vel Sacrameti voto una cù culpa remittitur, sed pro pœna temporali,

al nfr. can.  
23. & 29.

<sup>b</sup> Hier. to  
mo. 1. in epि  
stol. ad De-  
met. q. q. in  
cipit. Inter  
oës forsan.  
ex Tertul.  
lib. de pœ. c.  
secundapost  
naufragiū.  
de pœ. d. I.  
<sup>c</sup> Ioann. : 20  
Matth. 16.  
<sup>d</sup> Psalm 50.  
<sup>e</sup> sacrificiū  
de pœn. d. s.

porali, quæ, vt sacræ literæ docēt, non totā  
 e Ita & Flo semper, vt in Baptismo, fit dimittitur illis,  
 rent. Cœcil. in decretis qui gratiæ Dei quam facce perunt, ingratí  
 Eugenij. Spiritum sanctum cōtristauerunt, & g tem  
 f Eph. 4. g. plurim Dei violare non sunt veriti. h De qua  
 g t, Cor. 3. pœnitētia scriptum est: memor esto vnde  
 h Apo. c. 2. excideris: age pœnitentiam, & prima ope-  
 quia sancti tas, i. dist. r a fac. Et iterum, i quæ secūdum Deum tri-  
 eap. minor stitia est, pœnitentiam in salutem stabilem  
 de pœnitēt. operatur. Et rursus: k Pœnitētiam agite, &  
 dist. l. facite fructus dignos pœnitentiæ.  
 i 2. Co. 17.

k Marc. 3. Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non  
 & 4. fidem. Cap. XV.

luc. 3. a infraca. A Duersus etiam hominum quorundam  
 non. 17. callida ingenia, qui a per dulces sermo-  
 Rom. 16. nes, & benedictiones seducunt corda inno-  
 centium, afferendū est non modo infidelis-  
 tate, per quā & ipsa fides amittitur, sed etiā  
 quocunque alio mortali peccato, quanvis  
 non amittatur fides, acceptam iustificatio-  
 nis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinam  
 b 1.Tim. 1. defendendo: b quæ à regno Dei non solum  
 c 1.Cor. 6. infideles excludit, sed c & fideles quoque,  
 fornicarios, adulteros, molles, masculorum  
 cōcubitores, fures, auaros, ebriosos, maledi-  
 cos, rapaces, cæterosq; omnes, qui lethalia  
 committunt peccata, à quibus cum diuinæ  
 gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro  
 quibus

quibus à Christi gratia separantur.

*De fructu iustificationis, huc est, de merito honorū operum, de que ipsius meritiratione.*

*Cap. XVI.*

**H**Ac igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptā gratiam perpetuō cōseruauerint, siue amissā recuperauerint, p̄ponenda sunt Apostoli verba : <sup>a</sup> Abunda- <sup>b</sup> 2. Cor. 15. te in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Dño: <sup>b</sup> non enim <sup>c</sup> Hebr. 16. iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis ve- <sup>d</sup> ca. nō est rā stri, & dilectionis, quam ostendistis in no- <sup>e</sup> iniustus de mine ipius. Et nolite <sup>c</sup> amittere confiden- <sup>f</sup> p̄x. dist. 2. tiam vestram, quæ magna habet remune- <sup>g</sup> c Hebr. 10 rationem. Atq; ideo bene operantibus vs- <sup>g</sup> g. in fi. in que in finem, & in Deo speratibus propo- <sup>f</sup> fra can. 26. nenda est vita æterna, & tanquam gratia fi- lijs Deiper Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & me- ritis fideliter reddēda, hæc est enim illa co- <sup>d</sup> 1. Tim. 3 rona diustitiae, quam post suum certamen, & cursum repositam sibi esse aiebat Apo- stolus, à iusto iudice sibi reddēdam: nō solū autem sibi, sed & omnibus, qui diligūt ad- uentum eius: cùm enim ille ipse Christus Iesu tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos in giter virtu-

virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, & comicitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent, nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quo minus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta diuinæ legi pro huius vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiā tempore, si tamen in gratia decesserint, cōsequendam, verè promeruisse censeantur:

**e Ioann. 4.** cū Christus saluator noster dicat : Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sicut in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ita neq; propria nostræ iustitia, tanquam ex nobis propria statuitur, neque ignoratur, aut repudiatur iustitia Dei, quæ enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhæretētem iustificamur illa eadem Dei est, quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque verò illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris literis usque adeò tribuatur, vt etiam f. quivni ex minimis suis

**f Matth. 10.** in s. & Mat. potū aquæ frigidæ dederit, promittat Chri  
9. circa fin. stus cum nō esse sua mercede caritatum: &

**g 2. Co. 4.** Apostolus g testetur, id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supramodum in sublimitate æternum

gloriæ

gloriæ pondus operari in nobis, absit tamen, vt Christianus homo in se ipso vel cōfidat, h̄c gloriatur, & non in Domino: cu*ius tāta est erga omnes homines bonitas, vt eorū i velit esse merita, quæ sunt ipsius dona.*<sup>k</sup> Et quia in multis offendimus omnes, vnuſquisque sicut misericordiam, & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, neq; ſeipſum aliquis,<sup>l</sup> etiam si nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare, quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examināda, & iudicanda eſt, ſed Dei m qui illuminabit abſcondita tenebra-  
rum, & manifestabit confilia cordium, & tūc laus erit vnicuiq; à Deo, qui, vt scriptū eſt, reddet vnicuiq; ſecundum opera<sup>n</sup> ſua.

Post hanc Catholicam de iuſtificatione doctrinam, quam niſi quisque fideliter firmiterque receperit, iuſtificari non poterit, placuit sanctae Synodo hos Canones sub-  
iungere, vt omnes ſciant, non ſolum  
quid tenere, & ſequi, ſed etiam  
quid vitare, & fugere  
debeant.

(.T.)

h 1. Cor. 1.  
in ſi. 2. Cor.  
10. in ſi. Ga-  
lat. 6. Hiero-  
miz. 9.  
i Ex epift.  
Cale. 1 c. 1.  
k Iacob. 3.  
l 1. Cor. 4.

m Ibidem.  
n Mat. 16.  
Roma. 2.

## D E I V S T I F I .

catione.

## C A N O N . I.

**a Sopr. c. i.** Si quis dixerit, a hominem suis operibus  
**& 3.** quæ vel per humanæ naturæ, vel per legis  
**Roma. 3.** doctrinā fiant, absq; diuina per Iesum Chri-  
**x. Cor. 15.** stum gratia posse iustificari coram Deo,  
 anathema sit.

## C A N O N . II.

Si quis dixerit, ad hoc solū diuinam gra-  
 tiam per Christū Iesum dari, vt facilius ho-  
**b Cōc. Mi** mo b iuste viuere, ac vitam æternam prome-  
 leuita. c. 5.  
**Cōc. Af. i.** rerī possit, quasi per liberum arbitrium sine  
**c. 80. & ca.** gratia vtrunque, sed ægrè tamen, & difficul-  
 vlti. de con ter possit, anathema sit.  
**sec. dist. 4.**

## C A N O N . III.

**e cō. Arau-** Si quis dixerit, sine præueniēte Spiritus  
**fi. 2. c. 6. s. 1.** sancti c inspiratione, atq; eius adiutorio, ha-  
 pra capi. 5. minē credere, sperare, diligere, aut pœnite-  
**Roma. 5.** re posse sicut oportet, vt ei iustificationis  
 gratia conferatur, anathema sit.

## C A N O N . IIII.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitriū  
 à Deo motum, & excitatum nihil coopera-  
 ri assentiendo Deo excitanti, atq; vocanti  
 quod ad obtinendam iustificationis gratiā  
 se

S E S S I O N I

se disponat, ac preparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti in anime quoddam nihil omnino agere, mereque passiuē se habere, anathēma sit.

C A N O N . V .

Si quis liberum hominis arbitriū post a Vide Au.  
Adæ peccatum amissum, & extinctum esse gu.lib.1.cō  
dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titu tra. 2. epist.  
lum sine re, figmentum deniq; à Satana in Pelag. c. 2.  
uectum in Ecclesiam, anathema sit.

C A N O N . VI .

Si quis dixerit, nō esse in potestate ho-  
minis, vias suas malas facere, sed mala opera  
ita, vt bona, Deum operari, non permissiuē  
solum, sed etiam propriè, & per se adeò, vt  
sit proprium eius opus nō minus proditio  
Iudæ, quam vocatio Pauli, anathema sit.

C A N O N . VII .

Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iu-  
stificationem fiunt, quacunq; ratione facta  
sint vere esse peccata, vel odium Dei mereri  
aut, quanto vchementius quis nititur sedi-  
ponere ad gratiam, tanto cum grauius pec-  
care, anathema sit.

C A N O N . VIII .

Si quis dixerit, gehennæ metū, per quæ  
ad misericordiā Dei depeccatis dolēdo con- c Psal. 17.  
fugimus, vel à peccando abstinemus, peccata Luce. 12. &  
Matc. 9. in

F                    tum fidei.

tum esse, aut peccatores peiores facere, ana-  
thema sit.

## C A N O N . IX.

d Sup. c. 7. & 8. Si quis dixerit, <sup>a</sup>sola fide impiū iustifica-  
ri, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod  
ad iustificationis gratiam consequendam  
cooperetur, & nulla ex parte necessē esse  
eum suæ voluntatis motu præparari, atque  
disponi, anathema sit.

## C A N O N . X.

c Sup. c. 7. Gal. 1. & 5. Ephes. 2. & 4. Si quis dixerit, homines <sup>c</sup>, sine Christi iu-  
stitia, per quā nobis meruit, iustificari, aut  
per eam ipsam formaliter iustos esse, ana-  
thema sit.

## C A N O N . XI.

Si quis dixerit, homines iustificari vel  
sola imputatione iustitiae Christi: vel sola  
peccatorū remissione, exclusa gratia, & cha-  
ritate, quæ in cordibus eorū per Spiritum  
sanctum diffundatur, atq; illis inh ereat, aut  
etiam gratiam, qua iustificamur, esse tātum  
fauorem Dei, anathema sit.

## C A N O N . XII.

g Sup. c. 5. Si quis dixerit <sup>g</sup>, fidem iustificantem ni-  
hil aliud esse, quam fiduciam diuinæ miseri-  
cordiæ, peccata remittentis propter Chri-  
stum, vel eam fiduciam solam esse, qua iusti-  
ficamur, anathema sit.

C A-

## CANON XIII.

Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum a sequendam necessariū esse, ut credat certo & absq; illa hæfitatione propriæ infirmitatis & indispositionis peccata sibi esse remissa, anathema sit.

## CANON XIV.

Si quis dixerit, <sup>b</sup> hominem à peccatis ab h. Sup. c. 9. solui, ac iustificari ex eo, quod se absolvi, ac iustificari certo credat: aut neminem verè esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionē, & iustificationem perfici, anathema sit.

## CANON XV.

Si quis dixerit, hominem renatum, & iustificatum teneri ex fide ad credendum, se lib. de cor. certo esse in numero prædistorum, ana rep. & grat. thema sit,

## CANON XVI.

Si <sup>k</sup> quis magnum illud usq; in fine perseverantiae donum se certo habiturum abs de hono p soluta, & infallibili certitudine dixerit, nisi seu cap. 13. hoc ex speciali reuelatione didicerit, ana sup. c. 12. &c 13. thema sit.

## CANON XVII.

Si quis iustificationis gratiā non nisi pre destinatis ad vitam contingere dixerit, reli quos vero omnes, qui vocantur, vocari qui

**1 Concil.** dem, sed gratiam non accipere, vt potest di  
**Arau. 2. ca.** uina potestate prædestinatos ad malū, ana  
**25.** thema fit.

## C A N O N . X V I I I .

**m Sup.c.11** Si quis dixerit, m Dei præcepta homini  
**1. Ioan. 3.** etiam iustificato, & sub gratia cōstituto esse  
 ad obseruandū impossibilia, anathema fit.

## C A N O N . X I X .

**n Similis er-** Si quis dixerit, nihil præceptum esse in  
**ror erat Be-** Euāgelio præter fidem, cætera esse indiffe  
**gardorū à** rentia, neque præcepta, neq; prohibita, sed  
**Conc. Viē-** libera, aut decem præcepta nihil pertinere  
**nensi dāna** ad Christianos, anathema fit.  
**torum sup.**

**ca. II.**

Si quis hominem iustificatum, & nquā  
 tumlibet perfectum dixerit non teneri ad  
 obseruantia mandatorum Dei, & Ecclesiæ  
 sed tantum ad credendum, quasi verò Euā-  
 gelium sit nuda, & absoluta promissio vitæ  
 æternæ, sine conditione obseruationis mā-  
 datorum, anathema fit.

## C A N O N . X X I .

Si quis dixerit, Christum Iesum à Deo  
 hominibus datum fuisse vt redemptorem,  
 cui fidant, non etiam vt legislatorem, cui  
 obedient, anathema sit.

## C A N O N . X X I I .

**o Sup.c.13.** Si quis dixerit, iustificatum, vel sine spe  
 ciali

SESSIO VI.

ciali auxilio Dei in accepta iustitia perficere posse, vel cū eo nō posse, anathema sit.  
<sup>61</sup>

C A N O N . XXIII

Si quis hominem semeli iustificatū dixerit, amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, & peccat, nūquam verè fuisse iustificatū, aut cōtra, posse in tota vita peccata omnia, etiā venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.

C A N O N . XXIII.

Si quis dixerit, iustitiam acceptam nō conservari, atque etiam augeri corā Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse iustificationis adeptū, non autem ipsius auctorē causam, anathema sit.

C A N O N . XXV.

Si quis in quolibet bono opere iustum faltem venialiter peccare dixerit, aut, quod in fin. intolerabilius est, mortaliter, atq; ideo pœnas æternas mereri, tantūque ob id nō damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema sit.

C A N O N . XXVI.

Si quis dixerit, iustos nō debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & sperare æternam retributionem  
<sup>a Sup.c.18</sup>  
<sup>b Sup.c.16</sup>

## SESSIO VI.

<sup>c</sup> Deo per eius misericordiam, & Iesu Christi  
ē Matth 24 meritum, si benè agendo, & diuina man  
data custodiendo usque in finem perseue-  
rauerint, anathema sit.

## C A N O N . XXVII

d 1. Cor. 6. Si quis dixerit <sup>d</sup>, nullū esse mortale pec  
sap. ca. 15. eatū, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quan-  
tumvis graui, & enormi, propterquā infide-  
litatis peccato, semel acceptā gratiā amitti,  
anathema sit.

## C A N O N . XXVIII.

Si quis dixerit, amissa per peccatū gratia  
simul & fidē semper amitti, aut fidem, quæ  
remanet, nō esse veram fidem, licet nō sit vi-  
ua, aut cum, qui fidem sine charitate habet,  
non esse Christianum, anathema sit.

## C A N O N . XXIX.

<sup>c</sup> sap. c. 14. Si quis dixerit, <sup>c</sup> eū, qui post Baptismum  
lapsus est non posse per Dei gratiam resur-  
gere, aut posse quidē, sed sola fide amissam  
iustitiam recuperare sine Sacramēto Pœnī-  
tentiae, prout sancta Romana, & vniuersalis  
Ecclesia, à Christo Domino, & eius Aposto-  
lis edocta, hucusque professā est, seruauit,  
& docuit, anathema sit.

## C A N O N . XXX.

Si quis post acceptam iustificationis grā-  
tia cuilibet peccatori pœnitēti ita culpā re-  
mitti,

mitti, & reatū æternæ poenæ deleridixerit,  
 vt nullus remaneat reatus poenæ temporalis f Sess. 14  
 exsoluendç, vel in hoc seculo, vel in futuro cap. 8.  
 in g Purgatorio, antequam ad regna cœlo- g Inf. Sct.  
 rum aditus patere possit, anathema sit. 25. in prin-  
 cip. -

## C A N O N . XXXI.

Si quis dixerit, iustificatum peccare h, h Sup. c. 12  
 dum intuitu æternæ mercedis bene opera- in fine.  
 tur, anathema sit.

## C A N O N . XXXII.

Si quis dixerit, hominis iustificati bona  
 opera ita esse dona Dei, vt nō sint etiam bo-  
 na ipsius iustificati merita: aut, ipsum iustifi-  
 ficatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei  
 gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius vi-  
 uum membrum est, fiunt, non vere mereri  
 augmentum gratiæ, vitam æternam, & ip-  
 siusvitæ æternæ, si tamen in gratia decesse-  
 rit, consecutionem, atque etiam gloriæ au-  
 gmentum, anathema sit.

## C A N O N . XXXIII.

Si quis dixerit, per hanc doctrinā Catho-  
 licā de iustificatione, à sancta Synodo hoc  
 præsenti decreto expressam, aliqua ex par-  
 te gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi, Do-  
 mini nostri derogari, & non potius verita-  
 tem fidei nostræ, Dei denique, ac Christi  
Iesu gloriam illustrari, anathema sit.

*Decretum d: Reformatione, & residentia p̄ae-  
latorum in suis ecclesijs. Cap. I.*

**E**adem sacroelancta synodus, eisdē p̄esi-  
dēntibus Apostolicæ Sedis Legatis, ad  
restituēdam collapsam admodum ecclesia-  
sticam disciplinam, depravatosque in Cle-  
ro, & populo Christiano mores emendan-  
dos se accingere volens, ab ijs, qui maiori-  
b⁹ ecclesijs p̄a sunt, initium censuit esse su-  
mendum: integritas enim pr̄esidentium fa-  
lūs est subditorum. Confidens itaque per  
Dominī, ac Dei nostri misericordiā proui-  
damque ipsius Dei in terris Vicarij solertia  
omnino futurum, vt ad ecclesiarū regimen,  
onus quippe angelicis humeris formidan-  
dum, qui maxime digni fuerint, quorumq;  
prior vita ac omnis ætas, à puerilibus exor-  
dijs usque ad perfectiores annos per disci-  
plinæ stipendia Ecclesiasticæ laudabiliter  
acta testimonium p̄a beat, secundum vene-

*a cap. in sa-  
cerdotibus &c. Episco-  
pū. 9 i. dist. ca. fi. jo. a. cleijs quibuscumque, quovis nomine, ac ti-  
& infra. Sei. tulo perfectos monet, ac monitos esse vult,  
24 defor- vt b attendentes sibi, & vniuerso gregi, in  
ma. c. i. b Auct. 20. quo Spiritus sanctus, posuit eos regere Ec-  
clesiā Dei quā acquisiuit sanguine suo, vigi-  
lent,*

lent, sicut Apostolus præcipit & in omnib<sup>9</sup> c. 2. Tim 4  
 laborent, & ministerium suum impleat: im  
 plere autem illud se nequaquam possesciant,  
 si greges sibi commissos mercenariorū mo  
 re deferant, atq; ouium suarū, quarum d<sup>r</sup>fan  
 guis de eorū est manibus à supremo iudice  
 requirendus, custodiæ minimè incumbat:  
 cum certissimum sit, & non admitti pastoris  
 excusationem, si lupus oves comedit, & pa  
 stor nescit. Ac nihilominus, quia non nulli,  
 quod vehementer dolendum est, hoc tēpo  
 re reperiūtur, qui propriæ etiam salutis im  
 memores, terrenaque cœlestib<sup>9</sup>, ac diuinis  
 humana præferentes, in diuersis curijs vagā  
 tur, aut in negotiorum temporaliū soliciitu  
 dine, ouili derelicto, atq; ouium sibi cōmis  
 sarum cura neglecta, se detinēt occupatos:  
 placuit sacrosanctæ Synodo antiquos ca- f. c. perue-  
 nones, qui temporū, atq, hominum \* iniu- nit. cū mul  
 ria penè in desuetudinē abierunt, aduersus tis seq. 7. q.  
 non residētes promulgatos innouare, quē- 1. de cler. nō  
 admodū virtute presentis decreti innouat, tū. & ea. cū  
 ac ylterius, pro firmiori eorundē residētia, ex eo. d. elo-  
 & reformandis in ecclesia moribus, in hūc, 8. io. in. 6. et  
 qui sequitur, modū statuere, atque sancire. \* in cu-  
 Si quis à Patriarchali, Primali, Metropo  
 litana, seu cathedrali eccl<sup>s</sup>ia sibi quo cunq;  
 titulo, causa, nomine, seu iure cōmissa, qua-

cunq; ille dignitate, gradu, & præeminētia  
 præfulgeat, legitimo impedimento, seu iu-  
 g. Vid: Ses. His g, & rationabilibus h causis cessantibus,  
 23. ca. 1. de sex mensibus continuis extra suam dice-  
 ref. vbi can sim morādo abfuerit, quartæ partis fructuū  
 fæ subiudi cantar. vnius anni, fabricæ ecclesiæ, pauperibus lo-  
 h c. extuc. ci per superiorum ecclesiasticum applican-  
 de cl. ri. nō dorū, pœnā ipso iure incurrit, Quod si per  
 ref. c. quo- alios sex menses in huiusmodi absentia per  
 nia. §. por- ro. vt hie seuerauerit, aliam quartam partē fructuū si  
 nō contest. militer applicandā eo ipso amittat. Crescē-  
 i Infra Ses. te, verò cōtumacia, vt seniori sacerorū ca-  
 23. derēfor. c. 1. & 2. nonū censuræ subjiciatur, Metropolitanus  
 suffraganeos Episcopos absentes. Metropo-  
 litaniū verò absentē suffraganeus Episco-  
 pus antiquior residens, pœna interdicti in-  
 gressus ecclesiæ eo ipso incurrit, infra tres  
 mēses per literas, seu nūcium Romano Pon-  
 tifici denuciare teneatur: qui in ipso:absen-  
 tes, prout cuiusq; maior, aut minor, contu-  
 macia exegerit, supremæ Sedis auctoritate  
 K. c. x. par animaduertere, & ecclesijs ipsis de K. Paſto-  
 te de cl. ribus ut illoribus prouidere poterit, sicut in  
 non resid. Domino nouerit ſalubriter expedire.

*De residentia in ecclesiasticis beneficij.*

*Cap. II.*

**E**piscopis inferiores, quæuis beneficia ec-  
 cleſiastica personalem residentiam de  
 iure

iure, siue cōsuetudine exigētia, in titulū, siue commendam obtinentes, ab eorum Ordinarijs, quēadmodum eis pro bono ecclesiastū regimine, & diuini cultus augmento, locorū, & personarū qualitate p̄fata, expediens videbitur, opportunis iuris remedijis residere cogantur, nulliq; priuilegia, seu in dulta perpetua de non residēdo, aut, de fructibus in absentia percipiendis, <sup>a</sup> suffragen- <sup>c. c. s. d. re</sup> tur. Indulgentijs verò, & dispensationib⁹ temporalibus, exveris, & rationabilib⁹ cāuis tantum cōcessis, & coram Ordinario legitime probandis, in suo robore permāsus quis quibus casibus nihilominus officium sit <sup>b</sup> c. c. m. ex Episcoporum, tāquam in hac parte à Sede <sup>b</sup> co-de eccl. Apostolica delegatorum, prouidere ut per deputationem idoneorum Vicariorum, & cōgruæ portionis fructuū assignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini, quo ad hoc, priuilegio, seu exemptio ne quacunque suffragante.

Quod nullus clericus, etiam regularis, si extra monasterium degat à correctione Episcopi sit \* forte le  
exemptus. Cap. III. gēdum,

Eccliarum Prælati ad corrigēdum sub vel cuditorum excessus prudenter, ac diligē iufuis orderintendant: & nemo secularis Clericus, \* dinisre cuiusvis personalis, vel regularis, extra gularis.

mona-

monasteriū degens, etiā sui ordinis priuile

a Infr. Sef. gj, & prætextu tutus censeatur, quominus  
23. de ref. c. si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam su  
1 &c. 42. Sef. per hoc à Sede Apostolica delegato, secun  
24. c. 4. & 5. dum canonicas sanctiones visitari, puniri,  
de ref. & corrigi valeat.

Quod capitulares cathedralium suo episcopo sint  
subditi. Cap. I I I.

a Sef. 25. c. C Apitula a cathedralium, & aliarū maio  
2. & ref. & rum ecclesiarum, illorumque personæ,  
c. 4. ref. Sef. nullis exemptionibus, cōsuetudinibus, sen  
14. tentijs, iuramētis, concordijs, quæ tantum  
b Inf. Sef. suos obligent auctores, non etiam successo  
vlt. & ref. c. res, tueri se possint, quo minus à suis Episco  
6. Sef. 14. c. pis, & alijs maioribus Prælatis, per se ipsos  
2. Vide. 1. solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adiun  
Nicæ c. 37. & 2. Arela. ctis, iuxta b canonicas sanctiones, toties,  
c. 13. & An quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emē  
noch. c. 13. dari, etiam auctoritate Apostolica, possint  
Sard. c. 18. & valeant.  
& 19. & 3.

Cart. ca. 20. Quod Episcopus extra suam diœcesim suum mu  
& 21. Cōc. nus non exerceat. Cap. V.

Aut. 3. c. 15. N Vlli Episcopo liceat cuiusvis priuile  
c. placuit cū gj prætextu Pontificalia in alterius  
seq. 7. q. 1. diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci ex  
& in fr. S. c. 14. de ref. c. præssalientia, & in personas eidem Ordin  
3. & 8. ario subiectas tantum: si secus factum fue  
rit, Episcopus ab exercitio pōtificialium, &

sic

fic ordinati ab executione Ordinum sint  
ipso iure suspensi.

*Indictio futurae Sessionis.*

**P**Lacet ne vobis proximam futurā Sessionem celebrari die Iouis feria quinta post primam Dominicam subsequentis Quadragesimæ, quæ erit dies tertia mensis Martij? Responderunt, Placet.

## S E S S I O VII.

Celebrata die iij. Mensis Martij.

M. D. XLVII.

*Decretum de Sacramentis.*

## P R O O E M I V M.

**A**D consummationem salutaris de iustificatione doctrinæ, quæ in præcedēti proxima Sessione vno omniū patrū consensu p̄mulgata fuit con sentaneū visum est de sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis agere, per quæ omnis veritatis vel incipit, vel cœpta auget, vel amis fa reparatur; ppter ea sacra sancta oecumenica & generalis Tridētina Synodus in Spiritu

tu

tu sancto legitime cōgregata, præsidētibus  
in ea eisdē Apostolicæ Sedis legatis, ad erro-  
res eliminandos, & extirpādas hæreses, quæ  
circa sanctissima ipfa Sacramēta hac nostra  
tēpēitate tū de dānatis olim à patribus no-  
stris hæresib⁹ suscitatae, tum etiā de nouo  
adiuuentæ sunt, qnæ Catholicæ Ecclesiæ  
puritati, & animarum saluti magnopere of-  
ficiunt, sanctarum Scripturarum doctrinæ,  
Apostolicis traditionib⁹, atq; aliorum Cō-  
ciliorum, & Patrum consensui inhārēdo,  
hos præsentes canones statuendos, & decer-  
nendos censuit, reliquos, qui supersunt ad  
cœpti operis perfectionem, deinceps, diui-  
no Spiritu adiuuāte, editura.

---

## DE SACRAMENTIS

in genere.

### C A N O N . I .

a Cōc. Flo. Si quis dixerit, Sacra menta nouæ legis  
in decretis non fuisse omnia à Iesu Christo, Domino  
Eugenij ad nostro instituta, aut esse plura, vel paucio-  
ra quam septem, videlicet, Baptismū, Cōfir-  
mationem, Eucharistiam, Pœnitentiā, Ex-  
tremam vñctionē, Ordinem, & Matrimo-  
nium, aut etiā aliquod horū septem nō esse  
verè

verè, & propriè Sacramentū, anathema sit.

## C A N O N . II.

Si quis dixerit, ea ipsa nonæ legis Sacra-  
menta à Sacramētis antiquæ legis non dif-  
ferre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & alijs  
ritus externi, anathema sit.

## C A N O N . III.

Si quis dixerit <sup>c</sup>, hæc septem Sacramen-  
ta, ita esse inter se paria, ut nulla ratiōe aliud  
sit alio dignius, anathema sit.

<sup>c</sup> r. nihil d  
e cons. d. 2.  
cum sum.

## C A N O N . IIII.

Si quis dixerit, Sacra menta nouæ legis  
non esse ad salutem necessaria, sed super-  
flua, & sine eis, aut eorum voto, per solam  
fidem homines à Deo gratiam iustificatio-  
nis d adispici, licet omnia singulis necessa-  
ria non sit, anathema sit.

## C A N O N . V.

Si quis dixerit, hæc Sacramēta propter  
solam fidem nutriendam instituta fuisse,  
anathema sit.

## C A N O N . VI.

Si quis dixerit <sup>c</sup>, Sacra menta nouæ legis  
nō cōtinere gratiam, quā significat, aut gra-  
tiam ipsam non ponentibus obicē non con-  
ferre, quasi signa tantum externa sint acce-  
pta per fidem gratiæ, vel iustitiæ, & notæ  
quædā Christianæ p̄fessionis, quibus apud

Cōc. Fi-  
re, tub Eu-  
gen. III.  
rei, hoc do-  
ctri Eccl.

homi-

homines discernuntur fideles ab infidelibus,  
anathema sit.

## C A N O N . VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per hu-  
iusmodi Sacra menta semper, & omnibus,  
quantum est ex parte Dei, etiam si rite ea  
fusci piant, sed aliquando, & aliquibus, ana-  
thema sit.

## C A N O N . VIII.

Si quis dixerit, per ipsa nouæ legis Sacra  
menta ex opere operato non conferri gra-  
tiam, sed solam fidem diuinæ promissionis  
f Sess. 23.  
cā 4. ex de ad gratiam consequēdam sufficere, anathe-  
cetes Euge ma sit.

nij in Cōc.

## C A N O N . IX.

Florent.

g. Vide Cō  
cil. Cartba. Si quis dixerit, in tribus Sacramētis, Ba-  
ptismo, scilicet, Cōfirmatione, & Ordine,  
4.ca. 98. & nō imprimi characterem in anima, hoc est,  
in Concil. signū quoddā spirituale, & indelebile, vn-  
Cōstā. artū. de ea iterari non possunt, anathema sit.

12. Ioann.

Vvit cleff.

infra Sess.

14. de p̄enni.

cap. 6.

h Cōc. Flo

rē, in de cō-

tis Eugen.

## C A N O N . X.

Si quis dixerit g, Christianos omnes in  
verbo, & omnibus Sacra mentis administrā-  
dis habere potestate, anathema sit.

## C A N O N . XI.

Si quis dixerit h, in ministris, dū Sacra-  
menta conficiūt, & conferunt, non requiri-  
intentionem saltem faciendi, quod facit Ec-  
clesia,

clesia, anathema fit.

## C A N O N . XII.

Si quis dixerit<sup>i</sup>, ministrū, in peccato morali existentē, modō omnia essentialia, quæ ad Sacramētum, cōficiendū, aut conferendum pertinent, seruauerit, nō cōficeret, aut conferre Sacraumentum, anathema fit.

## C A N O N . XIII.

Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solenni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito, omitti, aut in nouos alios per quemcunq; ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.

---

D E B A P T I S M O .

---

## C A N O N . I.

Si quis dixerit<sup>a</sup>, Baptismum Ioānis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anathema fit.

## C A N O N . II.

Si quis dixerit<sup>b</sup>, aquam verā, & naturalē non esse de necessitate Baptis̄. ni, atq; ideo verba illa Dñi nostri Iesu Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, ad

i Idem ep. rot. damnat. in V. vte cleff. a Cōcil. Const. Sess. 8. cap. multe. c. 16 missionē c. Christas, cū Plebi, seq. 1. q. 2. c. vlt. 15. q. vlt.

a Aug. En. chir. c. 49. cā. aliud. & c. non rega nerabatur. de cōse. di. stinct. 4.

b ca. pe. de bapt. Io. 3. ca. filios. & c. non dubi to. de cōf. dīa.

metaphorā aliquā detorserit, anathema sit

## C A N O N . III.

e c. nō de-  
cet 12. dist.  
c. ad ab ole  
dā d hære. Si quis dixerit<sup>c</sup>, in Ecclesia Romana, quæ  
omnium ecclesiarū mater est, & magistra,  
non esse veram de Baptismi Sacramēto do-  
ctrinam, anathema sit.

## C A N O N . IIII.

d Cōc. Flo-  
tē. In decre-  
tis Eugenij  
ca. dictū. §.  
2. c. seq. 1.  
d. prima. Si quis dixerit<sup>d</sup>, Baptismum, qui etiam  
datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij  
& Spiritus sancti, cum intentione faciendi,  
quod vero, cū quod facit Ecclesia, non esse verum Baptis-  
mum, anathema sit.

## C A N O N . V.

e Ioā. 3. c.  
ter. de con-  
se. di. 4. Si quis dixerit<sup>e</sup>, Baptismū liberū esse, hoc  
nulla p̄t̄ est nō necessariū ad salutem, anathema sit.

## C A N O N . VI.

Si quis dixerit, baptizatum non posse,  
etiam si velit, gratiam amittere, quantūcum  
que peccet, nisi nolit credere, anathema sit.

## C A N O N . VII.

f Sic ad Ga-  
lat. 5. dicit  
Paulus, Te fieri,  
stificor omni-  
ni homini,  
&c. Si quis dixerit<sup>f</sup>, baptizatos, per Baptis-  
mum ipsum solius tantum fidei debitores  
uandæ, anathema sit.

## C A N O N . VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos esse  
ab omnib<sup>9</sup> sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ  
vel scripta, vel tradita sunt, ita ut ea obser-  
uare

S E S S I O V I I

75

uare non teneantur, nisi se sua sponte illis  
sumittere voluerint, anathema sit.

C A N O N . I X .

Si quis dixerit, ita reuocandos esse homi-  
nes ad Baptismi suscep*ti* memoriā, ut vota  
ōia, quæ post Baptismū fiūt vi promissionis  
in Baptismo ipso iam factæ, irrita esse intel-  
ligat, quasi per ea, & fidei, quā profesi sūt,  
detrahatur, & ipsi Baptismo, anathema sit.

C A N O N . X .

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post  
Baptismum fiunt, sole recordatione, & fide  
suscep*ti* Baptismi vel dimitti, vel venialia  
fieri, anathema sit.

C A N O N . XI .

Si quis dixerit, verum, & ritè collatum  
Baptismum iterandum esse illi, qui apud in-  
fideles fidem Christi negauerit, cum ad pœ-  
nitentiam conuertitur, anathema sit.

C A N O N . XII .

Si quis dixerit, neminem esse baptizan-  
dum nisi ea ætate, qua Christus baptizatus  
est, vel in ipso mortis articulo, anathema sit

C A N O N . XIII .

Si quis dixerit, parvulos, eò quod actū  
credēdi non habēt, iuscepto Baptismo & in-  
ter fideles computados nō esse, ac propte-  
rea, cūm ad annos discretionis peruenierint,

g Aug. lib.

de pec. mer.

& remis. ia.

16. & lib. 3.

cap. 1.

esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorum Baptisma; quām non est actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ, anathema sit.

## C A N O N . XIII.

Si quis dixerit, huiusmodi paruulos baptizatos, cūm adoleuerint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, & ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ, aliorumque Sacramentorū perceptione arceantur, donec resipiscant: anathema sit.

D E C O N F I R -  
matione.

## C A N O N . I.

<sup>a c. Natus  
ministrorū  
de cōscra.  
dist. 4.</sup> Si quis dixerit, <sup>a</sup> Confirmationem bapti- zatorū ociosam ceremoniam esse, & non potius verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quām catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ ratione in coram Ecclesia expone bant, anathema sit.

## CANON. II.

Si quis dixerit, b iniurios esse Spiritus sancto eos, qui sacro Confirmationis christiani virtutem aliquam tribuunt, anathema sit.

## CANON. III.

Si quis dixerit, sanctæ Confirmationis ordinarij ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem, anathema sit.

*Decretum de reformatione.*

E Adem sacrosancta Synodus, a eisdem Præsidentibus & legatis, incepturn re fidetia, & reformationis negotium ad Dei laudem, & Christianæ religionis incrementum prosequi intedens, ut sequitur, statuendum censuit, b salua semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate.

*De dignitate præsulum eligendorum.*

*Cap. I.*

A D cathedralium ecclesiarum regimē nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morum, literarumque scientia, iuxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit: b cùm in cunctis: Concilio Lateranensi promulgata, præditus assumatur.

*Quod duas Ecclesias nullus Prælatus regat.*

*Cap. II.*

b Vide finē epist. Vrban. i. ad oēs,

& c. 2. cum seq. de cōf. dist. 5.

c. 2. manus. de cōf. d. 5. Cōf. Flo. lo co citato.

Vide Euse.

Pap. in epi.

ad Episc. Tu

scie Melch.

de Hiūp. In

no. I epis. I.

c. 3. &c. Sef.

23. c. 4.

a sup. Sef. 6

c. 2. & infr.

Sef. 23. c. 1.

b Infr. Sef.

vlt. de ref.

ca. 21.

a Sef. 22.

c. 2. plus ex

igitur.

b par. I. c. 3

cōstit. eius

sed. I. D

cre. ti. 6. c. 7. e

c. cū in cū-

ctis. d. elec.

Vide post fi-

nē huius lib

**N**emo; quacunq; etiam dignitate, gradu  
aut præminētia præfulgens , plures  
Metropolitanas, seu cathedrales ecclesias,  
in titulu, siue commendam, aut alio quouis  
z Sub Inn. III.2. Late  
ra. c.29 ali-  
nomine, contra<sup>e</sup> sacrorum canonum insti-  
tuta, recipere, & simul retinere præsumat :  
quosque ad cū valde felix sit ille cēsend<sup>o</sup>, cui vnā eccl<sup>e</sup>  
huc dispe- sīam benē, ac fructuose, & cū animarū sibi  
tabatur. cōmissariū salute regere cōtingerit. Qui au-  
tē plures ecclesias cōtra p̄fēntis decreti te-  
noīēnūc detinēt, vna, quā maluerint, retē-  
ta, reliquas infra iex mēses, si ad liberā Se-  
dis A postolicæ dispositionē pertineāt, alias  
infra annum dimittere teneantur: alioquin  
ecclesiæ ipsæ (vltimō obtenta duntaxat ex-  
cepta) eo ipso vacare censeantur.

*Quod beneficia ecclesiastica dignis, & residentibus  
conferantur. Cap. III.*

d par.1 c 13; c. quia non nullis de cō. e. licet cā. d. eccl. in. 6. de c. 14. c. graueni- mis. de p̄fē- head. **I**nferiora beneficia ecclesiastica, præser-  
tim curam animarū habentia, personis  
dignis, & habilibus, & quæ in loco reside-  
re, ac per se ipsos curam ipsi m̄ exercere va-  
leant, iuxta constitutionē Alexandri III.  
in Lateranēsi, quæ incipit, *Quia nōnulli:*  
& aliam Gregorij X. in generali Lugdunē  
si Cōcilio, quæ incipit; *Licet canō, editā,*  
*cōferātur: aliter autē facta collatio, siue p-*  
*uicio, onino irritetur, & ordinari<sup>o</sup> collator*  
*pœnas*

pœnas cōstitutionis Concilij generalis, q̄ incipit: Graue nimis, se nouerit incurſurū † Vide Quod deinceps nullus plura incompatibilis benefi- cia ecclesiastica recepiat. Cap. IIII. nē hui⁹.

**Q** Vicūq; de cætero plura curata<sup>a</sup>, aut libri.

**Q** aliás incōpatibilia bñficia ecclesiastica siue per viā viunionis ad vitā, seu cōmendæ perpetuæ, aut alio quocūq; nomine, & titu lo, contra formā sacerorum canonū, & præ fertim cōstitutionis Innocentij III. quæ incipit<sup>b</sup>: De multa, recipere, ac simul retinere presumperit, beneficijs ipfis, iuxta ipsi⁹ cōstitutionis dispositionē, ipso iure, etiā præ sentis canonis vigore, priuatus existat.

*Quid de his, qui ex dispensatione plura beneficia obtinent, declarat.* Cap. V.

**O** Rdinarij locorū, quoscūq; plura cura ta aut aliás incōpatibilia bñficia ecclē fiastica ohtinētes, diū pēfationes suas exhibe re districte cōpellāt, & aliás pcedant iuxta cōstitutionē Gregorij X. in gñrali Lugdū nē. Concilio editā, quę incipit<sup>c</sup>: Ordinarij: quā eadē sancta Synodus innouandā cēset, & innouat: addens in super, q̄ ipsi Ordinarij etiā per idoneorū Vicariorū deputationē, & congruæ portionis fructuū affsignationē omnino prouideāt, vt animarū cura nulla tenus negligatur, & beneficia ipsa debitiss

<sup>a</sup> Infr. ses. 74. de refo.

<sup>b</sup> ca. 17. 1561V. s.

<sup>c</sup> de multa de p̄fben.

<sup>d</sup> est. c. 29. in Cōci. Late.

<sup>e</sup> secendo. Vide postfi nem huius libri.

<sup>f</sup> Lib. 6. de cre. de off.

<sup>g</sup> ord. c. 3. in fra cap. 7. &

<sup>h</sup> supr. c. 6.

<sup>i</sup> de refor. c.

<sup>j</sup> 2. in hac.

obsequijs minimè defraudētur: appellatio-  
nibus, priuilegijs, exēptionibus quibuscū  
que, etiam cum iudicūm specialium depu-

\* Vide tatione \*, & illorum inhibitionib⁹ in præ-  
Post fi- missis nemini suffragantibus.

nē libri. *De vniōnum perpetuarum medo haben-*

*do. Cap. VI.*

a Vide sel. **V**NIONES PERPETUÆ a, à quadraginta an-  
34 ca. 9. de nis citrā factæ, examinari ab Ordina-  
ref. inf. sel. rijs, tāquā à Sede Apostolica delegatis, pos-  
24. de ref. c. 13 & Ser. sint: & quæ per surreptionem, vel obreptio-  
25. de ref. nem obtentæ fuerint, irritæ declarētur. Ille  
cap. 9. verò, quæ à dicto tempore citrā concessæ nō  
dū in toto, vel in parte sortita sunt effectū,  
& quæ deinceps ad cuiusvis instatiam fiēt,  
nisi eas ex legitimis, aut alijs rationabilibus  
causis, coram loci Ordinario vocatis, quorū  
interest, verificādis, facta fuisse constiterit,  
per surreptionē obtentæ præsumantur: ac  
propterea (nisi aliter à Sede Apostolica de-  
claratum fuerit) viribus omnino careant.

: Curatis beneficijs, annexis pījs locis, ut prouidendum offendit. *Cap. VII.*

b Infr. sel. **B**ENEFICIA ECCLESIASTICA CURATA b, quæ ca-  
24. d refor. theralibus, collegiatis, seu alijs ecclē-  
cap. 9. sijs, vel monasterijs, beneficijs, seu collegijs  
aut pījs locis quibuscunq; perpetuò vñita,  
& annexare periuntur, ab Ordinarijs loco-

rum

sum annis singulis visitentur <sup>c</sup>, qui solicite  
prouidere procurent, ut per idoneos Vica-  
rios, etiam perpetuos (nisi ipsis Ordinariis  
pro bono ecclesiarū regimine aliter expedi-  
re videbitur) ab eis cū tertiaz partis fructuū,  
aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Or-  
dinariorū, portione etiā super certa re assi-  
gnanda, ibidem deputandos, animarū cura  
laudabiliter exerceat: appellationib<sup>9</sup>, pri-  
uilegijs, exceptionibus; etiā cum iudicū de-  
putatione, & illorū inhibitionib<sup>9</sup> quibuscū  
que in præmisis minimè suffragantibus.

*Quod Ordinarij ecclesiastas exemptas visitent.*

Cap. VIII.

**L**Ocorum Ordinarij ecclesiastas quascun-  
que <sup>a</sup>, quomodolibet exemptas, au-  
toritate Apostolica, singulis annis visitare te-  
neātur, & opportunis iuris remedij proui-  
dere, ut, quæ reparatione indigent, reparē-  
tur, & cura animarum, si qua illis immineat,  
alijsq, debitibus obsequijs minimè defrauden-  
tur; appellationibus, priuilegijs, cōsuetudi-  
nibus, etiam ab immemorabilitate pote præf-  
criptis, iudicū deputationibus, & illorū in-  
hibitionibus penitus exclusis.

*Maioribus ecclesiastas p̄fecti qñ cōsecrādi. Cap. IX.*

**A**D maiores ecclesiastas promoti <sup>b</sup> munus  
consecrationis infra tempus à iure sta-

<sup>c</sup> Vide ses.  
25. c. 16 sta-  
tuit sancta  
Synod<sup>z</sup> &c.  
supra c. 5.

<sup>a</sup> Inf. Ses.  
24. de ret.  
c. 9. & Ses.  
21. c. 8. Cō-  
ci. Tole. 4.  
c. 35. Cōc.  
Bracca. 2.c.  
1. Cōci. Are-  
la. c. 17. ca.  
decernim. 9.  
ca. Ep̄m. &  
ca. placuit.  
10. q. 1.  
<sup>b</sup> Ses. 22.  
ca. 2. c. qm̄  
quidā. dist.  
100. & inf.  
Sess. 23. de  
refor. c. 2.

totum suscipiat: & prorogationis ultra sex  
menses concessa nulli suffragentur.

*Quod sede vacante infra annum non possit*

*Capitulum ordinandi licentiam con-  
cedere alicui. Cap. X.*

*e Sess. 23. c. 10. c. cum temp. ordi.  
in. 6.* **N**on licet Capitulis ecclesiarum, Sede  
vacante, infra annum a die vacationis,  
nullas. de ordinadilicentiam, aut literas dimissorias,

seu reuerendas, ut aliquivocat, tam ex iuris  
communis dispositione, quam etiam cuius-  
uis priuilegij, aut consuetudinis vigore, ali-  
cui qui beneficij ecclesiastici recepti, sine re-  
cipiendo occasione arerat, non fuerit, cōcede-

*d Inst. sess. 23. de ref. cap. 10.* **r**e, si secus fiat, Capitulu contraueniens Ec-  
clesiastico subiaceat interdicto: & sic ordi-  
nati, si in minoribus Ordinibus constituti

fuerint, nullo priuilegio clericali, praeser-  
tim in criminalibus, gaudeat: in maioribus  
vero, ab executione Ordinu, ad beneplaci-  
tum futuri Prælati, sint ipso iure suspesi.

*Facultates de promouendo quoniam suffragentur. Cap. XI.*

**F**acultates de promouendo a quocunq;  
non suffragentur, nisi habentib; legitimam  
causam, ob quam a proprijs Episcopis ordi-  
nari non possint, in literis exprimendam: &  
tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in  
sua diocepsi residente, aut pro eo Pontificalia  
exercentur: & diligentem prævio examine.

**Caput**

## Cap. XIII.

**F**acultates de nō promouendo, <sup>a</sup> prater  
quām in casib⁹ à iure expræssis, cōces<sup>a</sup> &c licet cās  
sæ, ad annum tantum suffragentur. & c cum ex  
**Q**uod præsentati ad ecclesiastica beneficia sine exa<sup>b</sup> in 6.  
mine non admittantur aliquibus exceptis.

## Cap. XIII.

**P**Ræsentati, seu electi, vel nominati à qui  
busuis ecclesiasticis personis, etiā Sedis  
Apostolicæ Nūcijs, ad quævis ecclesiastica  
beneficia non instituantur, <sup>b</sup> nec confirmē-  
tur, neq; admittatur, etiā prætextu cuiusvis  
priuilegij, seu cōsuetudinis, etiam ab imme-  
morabili tempore præscriptæ, nisi fuerint  
prius à locorum Ordinarijs examinati, &  
idonei reperti. Et null⁹ appellationis teme-  
dio se tueri possit, quominus examen subi-  
reteneatur: <sup>c</sup> præsentatis tamen electis, seu  
nominatis ab Vniuersitatibus, seu Colle-  
gijs generalium studiorum exceptis.

*Quid cum exemplis seruandum sit, præcipit.*

## Cap. XIV.

**I**N exemptorū causis constitutio Innocē-  
tij IIII. quæ incipit: <sup>d</sup> Volentes, in gene-  
rali Cōcilio Lugdunēsi edita seruetur, quā  
eadem sacrosancta Synodus innouandā cē-  
suit, & innouat, addendo insuper, quod in  
ciuilib⁹ causis mercedum, & miserabilium

perso-

<sup>b</sup> infr. Sess.  
25. ca. do  
refor.

<sup>c</sup> Vide Sess  
24. ca. 18.  
vbi exce-  
ptio videtur  
re vocari.

<sup>d</sup> li. 6. decr.  
de prim. ca.

1. inf. Sess.  
1. de ref.  
c. 6. in 8.

Vide post  
finē huius  
libri.

personarū clericī seculares, aut regulares;  
extra monasterium degentes, quoniā odi-  
bet exempti, etiam si certū iudicem, à Sede  
Apostolica deputatū, in partibus habeant,  
in alijs verò, si ipsum iudicē non habuerint,  
coram locorum Ordinarijs, tāquam in hoc  
ab ipsa Sede delegatis, cōueniri, & iure me-  
dio ad soluendum debitum cogi, & cōpellī  
possint: priuilegijs, & exēptionib⁹, Cōser-  
vatorū deputationibus, & eorū inhibitioni  
bus aduersus præmissa nequaquā valituri s.  
*Hospitaliū gubernatio quibus incumbat.* XV.

a Sess. 25.  
c. 8.

**C** Vrent Ordinarij, a vt hospitalia quęcū  
que à suis administratorib⁹, quocūq;  
illi nomine cēseantur, etiā quomodo libet  
exemptis, fideliter, & diligenter gubernen-  
tur, cōstitutionis Concilij Vienensis, quæ  
incipit:<sup>b</sup> Quia cōtingit, forma seruata: quā  
quidem constitutionem eadem sancta Sy-  
nodus innouandam duxit, & innouat, cum  
cōtingit, & derogationibus in ea contentis.

*Indictio futuræ Sessionis.*

**I** Tem hæc sacrosancta Synodus statuit, &  
decreuit proximam futurā sessionem ha-  
bendam, & celebrandā esse die Louis, feria,  
quinta post sequentem Dominicam in Al-  
bis, quæ erit vigesima prima mēsis Aprilis  
præsentis anni, M. D. L X V I I .

BVL.

b li 3. Clē.  
de relig. do  
mib. c. 2. qa  
cōtingit. &  
inf. Sess. vlt.  
de ref. c. 8.

Vide post fi-  
nem huius  
libri.

# BVLLA FACVLTATIS

## transferendi Con: ciliij.

**P**AULVS Episcopus, seruus seruus  
rū Dei, venerabili fratri, Iohāni Ma-  
rie, Episcopo Prænestino, & dile-  
ctis filijs, Marcello tit. S. Crucis in  
Hierusalē presbytero, ac Reginaldo  
S. Mariae in Cosmedin Diacono,  
Cardinalibus nostris, & Apostolicæ Sedis legatis  
de latere, salutem, & Apostolicam benedictionē.

Regimini vniuersalis Ecclesiæ, meritis licet im-  
paribus, disponete Domino, præsidentes nostri, offi-  
cij partes esse putamus, vt, si quod graui⁹ causa Rei  
publicæ Christianæ constituendū sit, id non modo,  
tempore opportuno, verū etiam loco cōmodo, & ido-  
nō perficiatur. Cūmita⁹ nos nuper, postquā suspē-  
sionem celebrationis sacri ecumenici, & vniuersa-  
lis Concilij, alias per nos in ciuitate Tridentina, ex-  
causis tunc expressis, de venerabilium fratrum no-  
strorum, S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu  
indicti, ex certis alijs etiam tunc expressis causis, vs  
que ad aliud opportunius & cōmodius tempus per  
nos declarandum, de simili consilio & assenſu fa-  
ctū, audit a pace inter charissimos in Christo filios  
noſtros, Carolū Rom. Imperatorem ſemper Augu-  
ſtum

stum, & Franciscum Francorum Regem Christia  
 misimū, cōciliata, pari constio, & assensu sustule  
 ramus, & amoueramus ne quicuntes ipsi, tunc legiti  
 mē impediti ad dictam ciuitatem personaliter acce  
 dere, & eidem Concilio interesse, vos nostros, &  
 Apostolice Sedis Legatos de latere in eadem Cōci  
 lio de simili consilio constituerimus & deputaueri  
 mus, vosque ad eādem ciuitatem, tanquā pacis an  
 gelos, destinauerimus, prout in diuersis nostris desu  
 per confessis literis plenius continetur. Nos ne tam  
 sanctū celebrationis Concilij buiusmodi opus ex in  
 cōmoditate loci, aut aliās quo uisimodo impediatur,  
 aut plus debito differatur, opportunè puidere volē  
 tes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apo  
 stolicæ potestatis plenitudine, pariq; consilio, & as  
 sensu vobis insimul, aut duob; ex vobis reliquo legi  
 timo impedimento detento, seu inde fortè absente,  
 quād documq; vobis videbitur, Concilium prædictum  
 de eadem ciuitate Tridentina ad quamcūq; aliam  
 commodiorem, & opportuniorem, seu tuuorem ci  
 uitatem, de qua vobis etiam videtur, transferē  
 di, & mutandi, ac illud in ipsa ciuitate Tridentina  
 supprimendi, & dissoluendi: nec non Prælatis, &  
 alijs personis Concilij buiusmodi, ne in eo ad ulterio  
 ra in dicta ciuitate Tridentina procedat, etiā sub cē  
 juris, & penitentia Ecclesiasticis inhibendi, ac i de Cō  
 cilium in alia ciuitate buiusmodi, adquā illud trāf  
 ferri, & mutari contigerit, continuandi, tenendi,

& celebrandi, & ad illud Prælatos & alias perso-  
 nas Concilij Tridentini huiusmodi etiam sub periu-  
 rij & alijs in literis indictionis Concilij huiusmodi  
 expressis pœnis, euocandi, eidemque sic translato &  
 mutato Concilio, nomine & auctoritate prædictis  
 præsidendi, ac in eis procedendi, ceteraque in præmis-  
 sis, & circa ea necessaria & opportuna, alias iuxta  
 priorum vobis directarum literarum continentia  
 & tenorem faciendi, statuendi, ordinandi, & exe-  
 quendi, plenam & liberam Apostolica auctoritate  
 tenore præsentium concedimus potestatem, & facul-  
 tatem, ratum & gratum habituri, quidquid per  
 vos in præmissis factum, si acutum, ordinatum, exe-  
 cutum ve fuerit, idque facturi, auctore Domino, in uio-  
 labiliter obseruari. Non obstantibus constitutioni-  
 bus & ordinationibus apostolicis, ceterisque contraria-  
 rijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum li-  
 ceat banc paginam nostræ concessionis infringere,  
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
 attentare præsumperit, indignationem omnipotē-  
 tis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, apostolorū  
 eius, se nouerit incursum. Datum Romæ, apud  
 Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice,  
 M. D. XLIIII. VIII. Kalend. Mart. Pœti-  
 ficatus nostri anno XI.

Fab. Episcopus Spol.

B. Motta.

SES;

S E S S I O . V I I I .  
 Celebrata die xj. Mensis Martij.  
 M. D. V L V I I .

*Decretum de translatione Concilij.*

**P**LACET ne vobis, decernere,  
 & declarare, de huiusmodi mor-  
 bo ex præmissis, & alijs allega-  
 tis ita manifestè, & notoriè cōsta-  
 re, ut Prælati in hac ciuitate sine vitæ dis-  
 crimine cōmorari: & in ea idcirco inuiti mi-  
 nimè retineri possint, & debeant? itemque  
 attento recessu multorū Prælatorum post  
 proximè præteritā Sessionē, & attētis pro-  
 testationibus aliorū cōpluriū Prælatorū in  
 Cōgregationibus generalibus factis, hinc  
 omnino timore ipsi⁹ morbi abire volen-  
 tiū, qui iustè detineri nō possūt, & ex quo  
 rum discessu Concilium, vel dissolueretur,  
 vel ex paucitate Prælatorū bonuseius pro-  
 gressus impediretur? & attēto etiam immi-  
 nenti periculo vitæ, & alijs causis per ali-  
 quos ex Patribus in ipsis Cōgregationibus  
 allegatis ut pote notorièveris, & legitimis?  
**P**lacet ne vobis similiter, decernere, & decla-  
 rare, pro conseruatione, & p̄secutione ip-  
 sius

situs Concilij securitate, vitæ ipsorum Prælatorū, Concilium ipsum ad ciuitatem Bononiæ, veluti ad locum magis paratum, salubrem, & idoneum, pro tempore transferendum esse, & ex nunc transferri, & ibidē Sessionem iam indictam, statuta, die, vigesima prima Aprilis, celebrandam esse, & celebrari, & successiuè ad ulteriora procedendum, donec Sanctissimo Domino nostro, & sacro Concilio expedire videbitur, ut ad hūc, seu alium locum, commonicato etiam consilio cum invictissimo Cæsare, Christianissimo Rege, & alijs Regibus, ac Principibus Christianis, ipsum Concilium reduci possit, & debeat: Responderunt, Placet.

## S E S S I O IX.

Bononiæ celebrata die xxj. April,

M D. XLVII.

*Decretum prorogationis Sessionis.*

**H**EC sacro sancta, oecumenica, & generalis Synodus, quæ dudum in ciuitate Tridenti congregata erat, nūc Bononiæ in Spiritu sancto legitime congregata, presidētibus in ea

H nomi-

nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli diuina prouidētia Papæ III. eisdem Reuerendissimis Dominis, D. Ioan. Maria, Episcopo Prænestino, de Monte, & Marcello, tit. S. Crucis in Hierusalem Præsbytero S.R.E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis, considerans quodā die vndecima mensis Martij, præsentis anni in generali publica Sessione in eadem ciuitate Tridenti, & in loco consueto celebrata, omnibusq; agendis de more peractis: excausis tunc instatibus, virginibus, & legitimis, interueniente etiam auctoritate sanctæ Sedis Apostolicæ, eisdem Reuerendissimis præsidentibus etiam specialiter concessa, decreuit, & ordinavit, Cōcilium ex eo loco in hanc ciuitatem transferendum esse, sicut transtulit: itemq; Sessionem pro præsenti die vigesimaprima Aprilis, illic indictam, ut de Sacramentorum, & reformationis materijs, de quibus tractandum proposuerat, canones sancirentur, & promulgarentur, in hac ipsa ciuitate Bononiæ celebrari debere: consideransq; nonulos ex Patribus, qui in hoc cōcilio interesse confuerunt, his superioribus, maioris hebdomadæ, & solennitatis Paschalis, diebus, in proprijs ecclesijs occupatos, aliquos etiam,

etiam alijs impedimentis detentos, hoc nō  
dum accessisse, quos tamē breui affuturos  
sperandum est, ac propterea factum esse, ut  
non ea, quam sancta Synodus desiderabat,  
Prælatorum frequentia potuerint materiae  
ipsæ Sacramentorum, & reformationis exa-  
minari, & discuti, vt omnia maturo consilio  
cum dignitate, & grauitate debita fiant: bo-  
num opportunum, & expediens censuit,  
censetque Sessionem prædictam, quæ hoc  
ipso die, ut præfertur, celebranda erat, ad  
diem Louis, infra octauam Pentecostes pro-  
ximè futuram, quo ad ipsas materias expe-  
diendas, differendam, & prorogandam esse  
quemadmodum differt, ac protogat: quam  
diem & rei gerendæ, maximè opportunam  
& Patribus presertim absentibus percom-  
modam iudicavit, & iudicat. Hoc tamē ad-  
iecto: quod terminum ipsum ipsa sancta Sy-  
nodus, pro ei⁹ arbitrio, & voluntate, sicuti  
rebus Concilij putauerit expedire, etiā in  
priuata congregacione, restringere, &  
imminuere possit, &  
valeat.

92 S E S S I O X.

Bononiæ celebrata die ij. Iunij.

M. D. XLVII.

*Decretum prorogationis Sessionis.*

 Vamuis hæc sacrosancta, oecumenica, & generalis Synodus Sessionem, quæ die vigesima prima mensis Aprilis, proxime præteriti, super Sacramentorum, & reformationis materijs in hac inlyta ciuitate Bononiæ, ex decreto, in vrbe Tridentina, in publica Sessione, die, xj. mensis Martij promulgato, celebranda erat propter aliquas causas, ac præsertim propter absentiam nonnullorū Patrū, quos breui affuturos sperabat, ad hunc præsentē diē differendam, & prorogandā esse decreuerit: volens tamen cum ijs, qui non venerunt, etiam adhuc benigne agere, eadē sacrosancta Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidētib⁹ in ea eisdē sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decernit, Sessionē ipsā, quā hac die secūda mēsis Iunij, præsentis anni millesimi quingentesimi quadragesimi septi-

septimi, celebrare decreuerat, ad diem Io-  
uis post festum Natiuitatis Beatæ Mariæ  
Virginis, quæ erit decimaquinta mēsis Se-  
ptembris proximè futuri, quo ad prædictas  
& alias materias expediendas, differēdam,  
& prorogandam esse, quemadmodum dif-  
fert, & prorogat, ita tamen, quod prosecu-  
tio discussionis & examinationis eorum,  
quæ tam ad dogmata, quam ad reformatio-  
nem pertinent, interim non omittatur, &  
terminum ipsum ipsa sancta Synodus, pro-  
eius libito, & voluntate, etiam in priuata  
congregatione, abbreviare, & prorogare  
liberè possit, & valeat.

Die xiiij. Septemb. M. D. XLVII. in congrega-  
tione generali, Bononiæ, proroga: a fuit sessio, quæ  
futura erat die sequenti, ad beneplacitum  
sacri Concilij.

H 3 BVL

# B V L L A R E S V M

ptionis Concilij Tri-  
dentini.

Sub Julio. III. Pont. Max.

**V**LVS Episcopus, seruus seruorum  
Dei ad futuram rei memoriam.

Cum ad tollenda religionis nostræ  
dissidia quæ in Germania longo tem-  
pore. I. in scandalo, viguerunt, bonum opportunū, & ex-  
episc. prou. pedies esse videatur sicuti etiā charissimus in Chri-  
Antioch. & sto filius noster, Carolus Romanorū Imperator, sem-  
Pelag. II. in per Augustus, nobis per suas literas, & nuncios si-  
epist. sua de gnificari fecit, vt sacram, & ecumenicū, generale Cō-  
cile. & Boni. ciliū per fel. rec. Paulum Papam III. prædecessore  
Episcop. ad nostrū, indiētū, & per nos tunc Cardinalatus bono  
Pap. ictibz refungētes, atq; ipsius prædecessoris nomine vna cū  
& Synodo duobus alijs S. R. E. Cardinalibus ipse concilio præst  
Calcedo. dentes, inceptum, ordinatum, & continuatum, in  
Act. 1. & 2. quo plures publice, & solennes habitæ fuerunt Ses-  
Nican. 10. siones: pluraq; tā in causa fidei, quam reformationis  
1. Act. 6. & promulgata decreta, multaq; etiā ad vtranq; cau-  
Nicol. 1. in epist. ad Mi-  
sionem pertinēcia examinata, & discussa, ad ciuitatē  
chaetē Imp. Tridentinam reducatur: Nos a, ad quos, vt sumos  
pro tempore Pontifices, spectat, generalia Concilia  
indicere, & dirigere, vt Ecclesiæ pacē, & Christia-

ne fidei, atque orthodoxie religionis incrementum ad  
 omnipotentis Dei laude et gloria procuremus, et  
 quatenus in nobis est, tranquilitati ipsius Germaniae,  
 que sane provincia retro annis temporibus in vera re  
 ligione, sacrorum Conciliorum, et sanctorum Patrum  
 doctrina excolenda, exhibendaque maximus Prodigicibus,  
 Christi Redemptoris nostri in terra Vicarijs, debitae  
 obediencia, et reverentia, nulli Christianorum principiae  
 fuit unquam secunda paternae consulamus, sperantes per  
 ipsius Dei gratiam, et benignitatem futurum, ut Reges  
 omnes, ac principes Christiani iustis, p[ro]p[ter]e[n]ostris in  
 hac re votis annuat, faueant, atque assistant: venerabi  
 les fratres, Patriarchas, archiepiscopos, Episcopos,  
 et dilectos filios Abbates, omnesque alios, et singulos,  
 qui de iure, vel consuetudine, vel priuilegio Conci  
 liis generalibus interesse debet, quousque idem prede  
 cessor noster in suis Indictionibus, et alijs quibuscum  
 que de super collectis, publicatis literis, Concilio inter  
 esse voluit, per viscera misericordiae Domini nostri, Iesu  
 Christi, hortansur, requirimus, et monemus, ut pro  
 ximis futuris kal. Maij, quem die ad ipsum Concilium in  
 eo, in quo nunc reperitur, statu resumendum et prosequen  
 dum, praevia matura deliberatione, et ex certa nostra  
 scientia, et de Apostolicae auctoritatis plenitudine  
 et venerabilium fratr[um] nostrorum eiusdem R.E. Car  
 dinali consilio, et assensu, statuimus, decernimus  
 et declaramus, in ipsa civitate Tridenti legitimo  
 cessante impedimento, conuenire, et se congregare, ac  
 H 4 ip[s]ius

ipsius Concilij continuationi, & prosecutioni, omni  
 mora postposita, incumbere velint. Nos enim opera  
 sedulo daturi sumus, ut eodem tempore, in eadē ci-  
 uitate, nostri omnino adsint Legati, per quos, si per  
 etatem nostram, valetudinemq; & Sedis Aposto-  
 licæ necessitates, personaliter adesse nequiuferimus,  
 Spiritu sancto duce ipsi Concilio præsidebimus quæ  
 cunq; ipsius Concilij translatione & suspensione, cæ-  
 terisq; contrarjjs nō obstatibus quibus cunq; ac præ-  
 fertim illis, quæ idem prædecessor noster in suis li-  
 teris predictis, quas cū omnibus, & singulis in eis cō-  
 tentis clausulis & decretis in suo robore permane-  
 re volum⁹, atq; decernimus, & quatenus opus sit, in  
 nouamus, voluit non obstar: irritū nihilominus de-  
 cernentes, & inane, si securus super his à quoquam  
 quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, cōtige-  
 rit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat  
 hanc paginā nostræ bortationis, requisitionis, moni-  
 tioni, statuti declarationis, innovationis, voluntati,  
 & decretorū infringere, vel ei ausu temerario  
 contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsē-  
 sit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum  
 Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incur-  
 surum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, An-  
 no Incarnationis Dñicæ. M.D.XLVIII. Kalen.  
 Decemb. Pontificatus nostri anno primo.

M. Cardinalis Crescen.

Rom. Amasæus.

S A

S A C R O S A N C T I,  
œcumenici, & generalis  
Concilij Tridentini.

S E S S I O XI.

Quæ est prima, sub Iulio III. Pont. Max.  
Celebrata Kalendis Maij

M. D. L. I.

*Decretum de resumendo Concilio.*

**P**LACET ne vobis ad laudem  
& gloriam sanctæ, & indiuiduæ  
Trinitatis, Patris, & Filii & Spi-  
ritus sancti: ad incrementum, &  
exaltationem fidei, & religionis Christia-  
næ sacrum, œcumenicum, & generale Cō-  
cilium Tridentinum, iuxta formam, & te-  
norem literarum Sanctissimi Domini no-  
stri, resumi debere, & procedendum esse ad  
vlteriora? Responderunt, Placet.

*Indictio futuræ Sessionis.*

Placet ne vobis, proximam futuram  
Sessionem habendam, & celebrandam es-  
se in futuris Kalend. Septemb. Responde-  
gunt, Placet.

H S S E S;

## S E S S I O XII.

Quæ est secunda, sub Julio III. Pōt. Max.

Celebrata die j. Septemb.

M. D. L I.

*Decretum prorogationis Sessionis.*

 Acrosancta, cecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nun-cijs, quæ in proximè præterita Sessione sequentem hanc hodie habēdam, & ad ulteriora procedendum esse, decreuerat, cum ob inclytæ Germanicæ nationis, cuius præcipuè causa agitur, absentiam, ac non magnam cæterorum Patrum frequentiā procedere hactenus distulerit, de Venerabiliū in Christo fratum, & filiorum suorum, Maguntini, & Treuerēsis Archiepiscoporum, ac sacri Romani Imperij Principum Electorum, & complurium ipsius, aliarumq; provinciarum Episcoporum, sub hanc ipsam diem aduentu in Domino exultans, & dignas ipsi omnipotenti Deo agens gratias,

firmamq;

firmamque spem concipiens, quam pluri-  
mos alios, tam ipsius Germanicæ, quam  
aliarum nationum Prælatos, & sui officij  
debito, & hoc exemplo commotos, prope-  
diem esse venturos, futuram Sessionem ad  
quadragesimam diem, quæ erit vndecima  
mensis Octobris, proximè sequentis, indi-  
cit, & Concilium ipsum in statu, in quo  
reperitur, prosequendo, cum in præteritis  
Sessionibus de septem Sacramentis nouæ  
Iegi in genere, & in specie de Baptismate,  
& Confirmatione definitum fuerit, statuit,  
& decernit de sanctissimæ Eucharistiæ Sa-  
cramento, nec non, quod ad reformationem  
attinet, de reliquis, quæ ad faciliorē & cō-  
modiorem Prælatorum residentiam perti-  
nent, agi, & tractari debere: ac monet, &  
hortatur omnes Patres, ut interim, Domi-  
ni nostri Iesu Christi, exemplo, quantum  
tamen humana fragilitas patietur, ieunijs,  
& orationibus vacent, ut tandem placatus,  
qui in sæcula fit benedictus, Dei corda ho-  
minum, ad veræ suæ fidei agnitionem, &  
sanctæ matris Ecclesiæ unitatem, ac re-  
ctè viuendi normā reducere,  
dignetur.

## S E S S I O XIII.

Quæ est tertia, sub Julio 3. P. M.

Celebrata die XI. Octob.

M. D. L I.

*Decretum de sanctissimo Eucharistie Sacramento.*

**S**Acrosancta, oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuncijs, et si in eum finem, non absque peculiari Spiritus sancti ductu, & gubernatione conuenerit, ut veram, & antiquam de fide, & Sacramentis doctrinam exponeret, & ut hæresibus omnibus, & alijs grauissimis incommodis, quibus Dei Ecclesia miserè nunc exagitatur, & in multas, & varias partes scinditur remediu afferret, hoc præfertim iam inde à principio invotis habuit, ut stirpitus conuelleret zizania execrabilium errorum, & schismatum, quæ inimicus homo his nostris calamitosis temporibus in doctrina fidei, vsu, & cultu sacrostanæ Eucharistiæ superseminauit: quam alio

qui

qui Saluator noster in Ecclesia sua, tanquam symbolum reliquit eius unitatis, & charitatis, qua Christianos omnes inter se coniunctos, & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacra sancta Synodus sanam, & sinceram illam de venerabili hoc & diuino Eucharistiae Sacramento doctrinam tradens, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Iesu Christo, Domino nostro & eius Apostolis erudita, atque a Spiritu sancto, illa a omnibus <sup>a</sup> Luc. 22. veritatem in dies suggestente, & edocta, retinens <sup>c. t. ver. ergo</sup> prote. 2. 1. nuit, & ad finem usque saeculi conservabit, d. & inf. tes. omnibus Christi fidelibus interdicit, ne <sup>fio. 22. c. 1.</sup> & sup. Sess. credere, docere, aut praedicare audeant <sup>j. Ioan. 16.</sup> quam ut est hoc presenti decreto explicatum, atque definitum.

*D e reali praesentia Domini Nostri Iesu Christi in sanctissimo Eucharistie Sacramento. Cap. I.*

P Rincipio docet sancta Synodus, & aper*io* <sup>Ioan. x.</sup> tè, ac impliciter profitetur, in almo, ianetæ Eucharistiae Sacramento, post panis, & vini consecrationem, Dominum nostrum, a cap. 1. de Iesum Christum, verum Deum, atque hominem. Trini. minem, verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contingi: nec enim hæc inter se pugnant, a ut ipse <sup>sup. Sess. 3.</sup> in <sup>Ephes. 1.</sup> Saluator noster semper ad dexteram Patris fin. Mar. 16. in

in cœlis assideat, iuxta modum existendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam et si

**b Matt. 19.** verbis exprimere vix possumus, possibiliter tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assecuripossumus, & constantissime credere debemus. Ita enim maiores nostri omnes quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento differuerunt, apertissimè professi sunt, hoc tam admirabile Sacrementum in ultimâ cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis, vinique benedictionem, se suum ipius corpus illis præbere, ac suum sanguinem, disertis, ac perspicuis verbis te-

**c Matt. 26.** status est: quæ verba à sanctis Euangeliis cōmemorata d, & à diuo Paulo postea

**Marc. 14.**

**d Luc. 22.** d, & à diuo Paulo postea repetita, cum propriâ illam, & apertissimâ significatione præferant, secundum quā à Patribus intellecta sunt, indignissimū sanè flagitiū est, ea à quibusdā cōtentiosis, & prauis hominibus ad fictitious, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis, & sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Eccle-

**e Cor. II.**

siae sensum detorqueri: quæ, tanquam cœluna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus ex cogitata cōmenta, velut

Sata-

Satanica, detestata est, grato semper, & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

*De ratione institutionis sanctissimi huius Sacramenti. Cap. II.*

**E**RGO Saluator noster, discensur<sup>9</sup> ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo dinitias diuini sui erga homines amoris velut effudit<sup>a</sup>, memoriam faciens mirabilem suorum b, & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamque annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem involuit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animalium cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui māducat me, & ipse vivet propter me: & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriae, & perpetuæ fœlicitatis, adeoq; symbolum unius illius corporis c, cui<sup>9</sup> ipse caput existit: cuique nos, tanquam membra, arctissima fidei, spei, & charitatis connexione astrictos esse voluit, ut id ipsum omnes dicemus.

Nec essent in nobis schismata.

De

a Psal. 110  
b 1. Cor. II.  
Locq. 22.  
1. Cor. 1. 1.  
c. iteratur.  
de cōf. di-  
stinct. 2.

Ioan. 6.

c 1. Cor. II.  
Ephet. 1.  
Roma. 12.  
1. Cor. 5.

d 1. Cor. I.

*De excellentia sanctissimæ Eucharistie super reliqua Sacra-  
menta. Cap. III.*

a c. Sacri-  
ciū. de con-  
sec. d. I.

b c. multi.  
q̄est. 2.

c Mat. 26.  
Matc. 14.

d Intra ca-  
no. I.

e Rom. 6  
cap. semel

C Ommune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistie a cum cæteris Sacramen-  
tis, symbolū esse rei sacræ, & inuisibilis gra-  
tiæ formam visibilem. Verum illud in ea  
excellens, & singulare reperitur b, quod re-  
liqua Sacra-  
menta tunc primū sanctifican-  
di vim habent, cum quis illis vtitur: at in  
Eucharistia ipse sanctitatis autor ante usum  
est. Nondum enim Eucharistiam c de ma-  
nu Domini Apostoli suscepereunt, cum ve-  
rè tamen ipse affirmaret corpus suum esse,  
quod præbebat, & semper hæc fides in Ec-  
clesia Deifuit, statim post consecrationem  
verum d Domini nostri corpus verumque  
eius sanguinē sub panis, & vini specie una  
cum ipsius anima, & diuinitate existere: sed  
corpus quidē sub specie panis, & sanguinē  
sub vini specie, ex vi verbō, ipsum autē  
corpus sub specie vini, & sanguinē sub spe-  
cie panis: animamque sub utraque, vi natu-  
ralis illius connexionis, & concomitantia,  
Christus. e. qua partes Christi domini e, qui iā ex mor-  
iteratur. e. tuis resurrexit, non amplius moriturus, in  
singuli. & ter se copulantur. Diuinitatem porrò pro-  
e. qui man-  
docant. de pter admirabilem illam eius cum corpore,  
cōf. d. 2. in- & anima hypostaticā unionē. Quapropter  
fia can. 3. verissi-

verissimum est, f tantundem sub alterutra specie, atq; sub vtraq; contineri: totus enim & integer Christus, sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit.

*De transsubstantiatione. Cap. IIII.*

**Q**uoniam autem Christus, Redēptor noster, corpus suum<sup>a</sup>, quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuō sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conversionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi, Domini nostri, & totius subtilitatiæ vini in substantiam sanguinis eius, quæ cōuersio cōuenienter, & propriè à sancta Catholica Ecclesia trāsubstantiatio est appellata.

*De cultu, & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda. Cap. V.*

**N**ihil itaque dubitandi locus reliqui a Infra. ex- tur<sup>a</sup>, quin omnes Christi fideles pto- non. 6. more in Catholica Ecclesia semper rece- pto, latrīæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramēto in veneratione exhibeant: neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit à Christo Domino, ut sumatur, institutum: nam illum eundē Deū

f S. ff. II. c.  
3. Vide ho-  
mil. 5. de pa-  
scha. inter  
eas q Euse-  
Emmilius a  
scribuntur.  
& de cōsec-  
dist. 2. vbi  
patescet &c.  
a Luc. 23.  
Ioan. 6.  
1. Cor. 11.  
b c. panis.  
de conse. di-  
st. 2. c. cū.  
Mart. de cō-  
lebra. Miss.  
infr. cōn. 2.  
in 2. Lat. 1.  
confil.

præsentem in eo adesse credimus, quem Pa  
 b. Psal. 96. ter æternus introducēs in orbem terrarum  
 Hebr. 1. dicit b: Et adorent eum omnes Angeli Dei,  
 Matth. 2. quem Magi procidētes adorauerūt c, quem  
 Matth. 28. deniq; in Galilæa ab Apostolis adoratum  
 c. Lucce. 14. fuisse, Scriptura testatur. Declarat præterea  
 sancta Synodus, piè & religiosè admodū in  
 d. Vibianus Dei ecclesiam d' inductū fuisse hunc morē,  
 Papa citatus vt singulis annis peculiari quodam, & festo  
 Clemencia die præcelsum hoc, & venerabile Sacramē-  
 tam lib. 3 tum singulari veneratione, ac solēnitate ce-  
 de reliq. & febraretur, e vtq; in processionibus reuerē-  
 ven. sanct. ter, & honorificè illud per vias, & loca pu-  
 non. 6. blica circumferretur, æquissimū est enim sa-  
 f. i. Cor. 15. cro saliquos statutos esse dies, cū Christiani  
 Hebr. 2. oēs singulari, ac rara quadam significatione  
 gratos: & memores testētur animos erga cō-  
 munē Dñm f, & Redēptorē pro tam ineffa-  
 bili, & planè diuino beneficio, quo mortis  
 eius victoria, & triūph⁹ representatur: atq;  
 sic quidē oportuit vīstricē veritatem de-  
 mendacio & hæresi triumphum agere, vt  
 eius aduersarij in conspectu tanti splendo-  
 ris, & in tanta vniuersit̄ Ecclesiæ latitia po-  
 siti, vel dibilitati, & fractitabescāt, vel podo-  
 te affecti, & confusi aliquāndo resipiscant.  
 De afferuando sacrae Eucharistij & Sacramēto, &  
 ad infirmos deferendō. Cap. VI.

Con-

**C**onsuetudo<sup>a</sup> seruandi in sacrario san-  
ctam Eucharistiā, adeo antiqua est, vt  
eam sæculū etiam <sup>b</sup> Niceni Concilij agno-  
uerit. Porrò deferri ipsam sacram Euchari-  
stiam ad infirmos, & hunc usum diligenter  
in ecclesijs conseruari, præterquam q̄ cum  
summa æquitate, & ratione coniunctum  
est, tum multis in <sup>c</sup> Concilijs præceptum in-  
uenitur, & vetustissimo Catholicæ <sup>d</sup> Eccle-  
siæ more est obseruatum. Quare sancta hec  
Synodus retinendum omnino salutarem  
hunc, & necessarium morem statuit.

*De præparatione, quæ adhibenda est ut digne quis  
sacram Eucharistiam percipiat. Cap. VII.*

**S**i non decet ad sacras vllas functiones  
quēpiam accedere, nisi sancte, certe, quo  
magis sanctitas, & dignitas cœlestis huius  
Sacramenti viro Christiano comperta est,  
eo diligētius cauere ille debet, ne absq; ma-  
gnareuerentia, & sanctitate ad id percipien-  
dum accedat. præsertim cum illa plena for-  
midinis verba apud <sup>a</sup> Apostolum legamus:  
Qui manducat & bibit indignè, iudicium  
sibi manducat, & bibit, non dijudicans cor-  
pus Domini. Quare communicare volenti  
reuocandum est in memoriam eius præce-  
ptum: <sup>b</sup> Probet seipsum homo. Ecclesiasti-  
ca autem consuetudo declarat, q̄am proba-

<sup>a</sup> Inf. can. 7.  
<sup>c</sup> fanē de co-  
leb. miss. c.  
<sup>1</sup> d. cōf. Eu-  
cha. c. p̄s. b.  
decōf. d. 2.  
<sup>b</sup> 1. Nicenī  
fond. c. 14.  
<sup>c</sup> Cōc. Rhē  
nē. c. 2. cō.  
Lat. sub In-  
no. III. c. 26.  
<sup>c</sup> Pr̄sente.  
9 3. distin.  
<sup>d</sup> Ancyranī  
c. ei Nicē.  
c. 32 Cat. h.  
4. c. 77 78.  
Agath. c. 15.  
<sup>a</sup> 1. Cor. II.  
<sup>c</sup> quid ergo  
c. sancta c.  
si Iudas. &c.  
c. timorem  
decōf. d. 2.  
<sup>b</sup> 1. Cor. II.  
<sup>c</sup> qui cœle-  
rate. docōf.  
dist. 2. c. quo  
tidie. & c. 2.  
panē. c. cōf.  
d. 2 ea om-  
nis qui. c. 2  
seq. depen-  
dit. d. 2.

e Et inf.ca  
non. II.  
d infr. ca.  
non. II.

tionem necessariam esse, vt nullus sibi con-  
sciens mortalis peccati, quātūuis, sibi cōtri-  
tus videatur, absq; præmissa Sacramentali  
Confessione ad Sacram Eucharistiam acce-  
dere debeat: quod à Christianis omnibus,  
etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio  
incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus  
perpetuo seruandū esse decreuit, modo nō  
desit d illis copia confessoris, quod si, neces-  
sitate vrgente, sacerdos absq; prævia cōfes-  
sione celebrauerit, quā primum cōfiteatur.  
*De usu admirabilis buius Sacramēti. Cap. VIII.*

a Cap. quid  
est. cū seq.  
ca. duplicit.  
ter. & c. ih  
illo. de cōs.  
dist. 2. Aug.  
cōtra Dona  
tist. sēpē  
Prosper. in  
lib. Sent.  
b Gal. 1.  
c Infr. can.  
3. Matt. 11.  
d c. relatū.  
de cōsec. di  
fin. 2. infr.  
can. 10.

**Q**uo ad usum autem, a recte & sapienter  
Patres nostri tres rationes hoc sanctū  
Sacramentū accipiendi distinxerunt, quos  
dam enim docuerunt Sacramētaliter dun-  
taxat id sumere, vt peccatores, alios tātum  
spiritualiter, illos nimirum, qui voto ppo-  
situm illum cœlestem panem edentes, fide  
viua, b quæ per dilectionem operatur, fru-  
ctum eius, & utilitatem sentiūt: tertios por-  
rò sacramentaliter simul & spiritualiter, hi  
autem sunt, qui ita se prius probant, & in-  
struunt, vt vestem nuptialem induti ad di-  
uinam hanc mensam accedant. In factamē-  
tali autē sumptione semper in Ecclesia Dei  
mo: fuit, vt laici a sacerdotibus communio-  
nem acciperent, a sacerdotes autem cele-  
brantes,

brantes se ipsos communicarent: qui mos, &c. Hebr. 5.  
tanquam ex traditione Apostolica descen- &c. 7.  
dens, iure, ac merito retineri debet. Demū  
autem paterno affectu admonet sancta Sy-  
nodus, hortatur, rogat, & obsecrat per velice  
ra misericordia Dei nostri, ut omnes & sin-  
guli, qui Christiano nomine censentur, in  
hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis  
in hoc concordiae symbolo iam tandem ali-  
quando conueniant, & concordent, memo-  
resq; tantæ maiestatis, & tam eximij amoris  
Iesu Christi Domini nostri, f; qui dilectam ani- f Ioan. 6.c.  
mam suam in nostræ salutis pretium, & car- prima. de  
nem suam nobis dedit ad manducandum,  
hæc sacra mysteria corporis & sanguinis  
eius fidei constantia, & firmitate, ea animi  
deuotione, ea pietate, & cultu credat, & ve-  
nerentur, ut panem illum supersubstantia-  
lem frequenter suscipere possint, & is verè  
eis sit animæ vita & perpetua sanitas metis,  
cuius vigore confortati, ex huius misere pe-  
regrinationis itinere ad coelestem patriam  
peruenire valeant, eundem panem g Ange- g Psal. 77.  
lorum, quem modo sub sacris velaminibus c. i. e. vera. &  
edunt, absq; ullo velamine manducaturi. c. omnis de  
cōfēc. d. 2.

Quoniam autem non est satis veritatem  
dicere, nisi detegantur, & refellantur erro-  
res, placuit sanctæ Synodo hos canones

Subiungere, ut omnes, iam agnita Catholi-  
ca doctrina, intelligent quoque, quæ ab illis  
hæreses caueri, vitaq; debeat.

## DE SACROSANCTO Eucharistiæ Sacramento.

### C A N O N . I.

<sup>a</sup> Supr.ez.  
<sup>b</sup> Coc.Cottæ  
<sup>c</sup> tenebræ.

Si quis negauerit, <sup>a</sup> in sanctissimæ Eucha-  
ristiæ Sacramento cōtineri verè, realiter, &  
substantialiter corpus & sanguinēvna cum  
anima, & diuinitate Dñi nostri, Iesu Chri-  
stli, ac proinde totū Christū, sed dixerit tan-  
tummodo esse in eo, vt in signo, vel figura,  
aut virtute, anathema sit.

### C A N O N . II.

<sup>b</sup> Cōc idē  
dāmīns arti  
culos Ioan.  
Vvitcliff.

Si quis dixerit, <sup>b</sup> in sacrosancto Euchari-  
stiæ Sacramēto remanere substantiā panis,  
& vini, vna cum corpore & sanguine Dñi  
nostri Iesu Christi, negaueritq; mirabilem  
illam, & singularē conuersionem totius sub-  
stantiæ panis in corpus, & totius substatiæ  
vini in sanguinē, manētibus duntaxat spe-  
cībus panis, & vini, quam quidem conuer-  
sionē Catholica Ecclesia aptissimè <sup>c</sup> Trās-  
nos <sup>d</sup> op.c.3. substantiationē appellat, anathema sit.  
<sup>e</sup> Sop.ca.4.  
<sup>f</sup> d Cōc F.O.  
<sup>g</sup> ī decr. Eu-  
go ad Amo-

### C A N O N . III.

<sup>h</sup> 21.ca. 1.d.  
communi,

Si quis negauerit, <sup>d</sup> in venerabili Sacrāmē

to Eucharistiæ sub unaquaq; specie, & sub singulis cuiusq; speciei partib<sup>2</sup>, separatione facta, totū Christū contineri, anathema sit.

## C A N O N . IIII .

Siquis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ sacramento nō esse corpus, & sanguinem Dñi nostri, Iesu Chri sti, sed tantum in usu, dum sumitur, non au temante, vel post<sup>e</sup>, & in hostijs seu particu lis consecratis, quæ post communionem re seruantur, vel supersunt, non remanere reverum corpus Domini, anathema sit.

## C A N O N . V .

Si quis dixerit<sup>f</sup>, vel præcipuum fructū sanctū sanctissimæ Eucharistiæ esse remis sionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit.

## C A N O N . VI .

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ sacramento Christum vnigenitum Dei filium nō esse g cultu latriæ, etiam externo, adorandum, atq; ideo nec festiva peculiari celebri tate venerādum, neq; in processionibus, secundum laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem, solēni ter circungestādum, vel nō publicè, vt adoretur, populo proponēduni, & eius adora tores esse idolatras, anathema sit.

g Soprac  
pt. 3.

## CANON. VII.

<sup>h Supra ca-</sup> Si quis dixerit, non licere, sacram Eucha  
ritiā<sup>b</sup>, in sacrario reseruari, sed statim post  
consecrationem astātibus necessariō distri-  
buendam, aut non licere, vt illa ad infirmos  
honorificē deferatur, anathema fit.

## CANON. VIII.

<sup>i Sup.ca-</sup> Si quis dixerit, Christum in Eucharisti a-  
pit. 8, exhibitum, spiritualiter tantum manduca-  
ri<sup>i</sup>, & non etiam sacramentaliter ac realiter,  
anathema fit.

## CANON. IX.

<sup>k Can. om</sup> Si quis negauerit <sup>k</sup>, omnes & singulos  
<sup>nis vtriusq;</sup> Christi fideles vtriusq; sexus, cum ad annos  
<sup>de poen. &</sup> discretionis peruerterint, teneri singulis an-  
<sup>remissi. Cō</sup> nis, saltem in paschate, ad Communican-  
<sup>cil. Latei.</sup> sub Innoc. dum<sup>l</sup>, iuxta præceptum sanctæ matris Ec-  
III. can. 21. clesiæ, anathema fit.

## CANON. X.

<sup>14 cano. 8.</sup> Si quis dixerit <sup>m</sup>, nō licere sacerdoti cele-  
<sup>de poen.</sup> brant seipsum cōmunicare, anathema fit.

## CANON. XI.

<sup>21. Vide</sup> Si quis dixerit <sup>n</sup>, solam fidem esse suffi-  
post . b. cientem præparationem ad sumendum san-  
ctissimæ Eucharistiæ Sacramētum, anathe-  
<sup>Sup.ca-</sup> ma fit. Et, ne tantum Sacramentum indi-  
pit. 8. gnē, atq; ideo in mortem, & condemnatio-  
<sup>n Supra ea</sup> ne in sumatur, statuit, atq; declarat ipsa san-  
cta

Etia Synodus, illis quos conscientia peccati  
mortalis grauat<sup>o</sup>, quātuncūq; etiā se cōtri- o Supra ea  
tos existimēt, habita copia Confessoris ne- piz. 7.  
cessario præmittendā esse Cōfessionē sacra  
mentalē. Si quis autē contrariū docere, præ  
dicare, vel pertinaciter asserere, seu etiā pu  
blicè disputando defendere præsumperit,  
eo ipso excommunicatus existat.

*Decretum de reformatione & de officio Prælatorū  
in subditorum correctione. Cap. I.*

E Adē sacrosancta Tridentina Synodus,  
præsidentibus in ea eisdē sanctę Sedis  
Apostolicę Legato, & Nuncijs, intendens  
nonnulla statuere, quæ ad iurisdictionem  
pertinent Episcoporum, vt, iuxta proxi  
mæ Sessionis decretum, illi in commississi  
bi ecclesijs eo libentius resideant, quod faci  
lius, & commodius sibi subiectos regere, &  
in vitæ, ac morum honestate continere po  
tuerint: illud primum eos admonē dum cen  
set<sup>a</sup>, vt se pastores, nō percussores, esse me  
minerint, atq; ita præesse sibi sudditis opor  
tere, vt non in eis dominantur, sed illos, tan  
quā filios, & fratres diligāt: elaborentq; vt  
hortādo, & monēdo ab illicitis deterreant:  
ne, vbi deliquerint, debit is eos poenit coer  
cere cogant: quos tamē, si quid per humanā  
fragilitatē peccare cōtigerit<sup>b</sup>, illā Aposto

<sup>a</sup> 1. Tim. 1.

1. Timo. 5.

1. pet. 5. di.

45. in prin.

d. 94. c. vlt.

d. 95. ca. c.

sto subie.

8us.

<sup>b</sup> 2. Timo.

the 4.

Ille est ab eis seruanda præceptio, ut illos arguant, obsecrēt, increpēt in omni bonitate & patiētia: cū sēpē plus erga corrīgēdos agat benevolentia, quām austētā, plusexhortatio, quām cōminatio, plusex charitas, quā potestas. Sin autē ob delicti grauitatē virga op⁹ fuerit, tunc cū mansuetudine rigor, cū misericordia iudiciū, cum lenitate seueritas adhibenda est, vt sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria cōseruetur, & qui correcti fuerint, emēdētur, aut, si resū pīscere noluerint, cæteri, salubri in eos animaduersionis exemplo, à vitijs deterreantur, cū sit diligentis, & pijs simul pastoris officiū, morbis ouīū leuia primū adhibere fo-

c. c. refecā-  
da. & c. cor-  
ripiantur.

21. q. 3.

d. c. cū spe-  
ciali. §. por-  
to de elect.

e. Infr. sel.  
22. ca. 1. &  
24. c. 20. de  
refot.

mēta, postvbi morbi grauitas ita postuleat, ad actiora, & grauiora remēdia descendere: finautem ne ea quidem proficiāt, illis submouendis, cæteras saltem oues à contagionis periculo liberare d. Cū igitur rei criminum plerumq; ad evitandas poenas, & epis coporum subterfugiēda iudicia, querelas, & grauamina simulēt, & appellationis diffugio iudicis processum impediāt, ne remēdio ad innocentiae præsidium instituto, ad iniquitatis defensionē abutantur, atq; vt huiusmodi eorū calliditati, & tergiuersationi occurraet, ita statuit, & decreuit. In causis visita

visitationis, & correctionis, siue habilitatis,  
 & inhabilitatis nec nō criminalibus, ab episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali, ante definitiū sententiā, ab interlocutoria, vel alio quocunq; grauamine, non appetetur: nec Ep̄us, seu vicari⁹ appellatiō huiusmodi, tāquāfriuolæ, deferre teneatur, sed ea, ac quacūq; inhibitione ab appellatiōnis iudice emanata, nec nō omni stylo, & cōsuetudine, etiā immemorabili, cōtraria non obstāte, ad vltiora valeat procedere, f nisi grauamē huiusmodi per definitiū sententiā reparari, vel ab ipsa definitiua appella ri non possit, quib⁹ casibus sacrorum, & antiquorū canonū statuta illibata persistant.

f. c. vt debet  
tus. de ap-  
pel. cū sim.

*Cui sit committenda appellatiōnis causa in criminalibus. Cap. II.*

**A**SSENTĒTIA episcopi, vel ipsius in spiritualibus vicarij generalis, in criminalibus appellatiōnis causa, vbi appellatiōni locus fuerit, si Apostolica auctoritate in partibus eā cōmitti contigerit, Metropolitano seu illius etiā vicario in spiritualibus generali, aut, si ille aliqua de causa suspectus foret, vel vltra duas legales dictas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, vni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum vicarijs, non autem inferioribus iudicibus, cōmittatur.

Quid

Quid in appellationibus criminalium seruandum.

Cap. IIII.

**R**EUS, ab episcopo, aut eius vicario in spiritualib<sup>9</sup> generali, in criminali causa appellans, coram iudice, ad quem appellavit acta primæ instantiæ omnino producat, & iudex nisi illis visis, ad eius absolutionem minimè procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulantibus gratis exhibeat alioqui absq; illis causa appellationis huiusmodi, prout iustitia suaserit terminetur.

Quod solus Episcopus usque ad degradationem procedere possit cum certo numero abbatis, vel  
aliarum dignitatum. Cap. IIII.

a Carth 15. **C**VM verò tam grauia nonnunquā sint vide. 3.q.8. delicta ab ecclesiasticis cōmissa perso faggero. & 15. q. 7. Fe nis, vt ob eorū atrocitatē ē sacris Ordinib<sup>9</sup> līx Episcop. deponend<sup>e</sup>, & curiæ sint tradend<sup>e</sup> seculab 2. Hispal. Iari: in quo b secundum sacros canones cer cap. 6. tus episcoporū numerus requiritur, & quos cc. 6 quis. si omnes adhibere difficile esset, debita iu cū seq. 14. q. 7. c. degra p̄is executio differretur: si quando autem in datione p̄at teruenire possent, eorū residētia intermit nis. in 6. teretur: propterea statuit, & decreuit, Episcopo per se, seu illius vicarium in spirituā libus generalem, contra clericum, in sacris etiā presbyteratus Ordinibus cōstitutum etiam

etiam ad illius condemnationem, nec non  
verbalem depositionē, & per seipsum etiā  
ad actualē, atq; solēnē degradationē ab ip-  
sis Ordinibus, & gradib; ecclesiasticis, in  
casibus, in quibus aliorum episcoporū præ-  
sentia in numero à canonib; definito, requi-  
ritur, etiā absq; illis procedere liceat: adhibi-  
tis tamē & in hoc sibi assistētib; totidē Ab-  
batibus, usum mitr; & baculi ex priuilegio  
Apostolico habētib; si in ciuitate, aut dice-  
cesi reperiri, & commode interesse possint,  
alioquin alijs personis in ecclesiastica digni-  
tate constitotis, quæ ætate graues, ac iuris  
scientia commendabiles existant.

Quod remissio pœnae ab Episcopo inflictæ ex ficta  
causa objecta non admittatur. Cap. V.

**E**T quoniam per fictas causas, quæ tamē  
satis probabiles videntur, interdum ac-  
cidit, ut nonnulli eiusmodi gratias extor-  
queant, per quas pœnae illis, episcoporum  
iusta severitate inflictæ, aut remittuntur omni a Exod. 23.  
nino, aut minuuntur, cum nō ferendum sit, Leuit. 29.  
vt mendacium, quod tantopere Deo disipli- Prover. 68.  
cet, non modo ipsum a iudicium sit, verū 10. 11. & 19  
etiam alterius delicti veniam impetrerem  
tienti: idcirco, vt sequitur, statuit, & decre  
uit: Episcopus apud ecclesiā suam residens,  
de surreptione, & obreptione gratiæ, quæ  
super

c. si quis di-  
xerit, cum  
seq. & c. ne  
mo periito-  
rū. 11. q. 3.

**S**uper absolutione alicui<sup>o</sup> publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione poenæ, ad quam criminosus per eum cōdemnatus fuerit, falsis precibus impetretur, per seipsum, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, <sup>b</sup> etiā summarie cognoscat, ipsamq; gratiā, postquam per falsi narrationē, aut veritatem obtentam esse, legitimè constiterit, non admittat.

*Quando, quibus testibus, & ante quæ causæ Episcoporum sint agendæ. Cap. VI.*

**Q**uoniam verò subditi Episcopo, tameta si iure correpti fuerint, magnopere tam men eum odisse, & tanquam iniuria affecti fint, falsa illi crimina obijcere solēt, ut, quo quo pacto possint, ei molestiam exhibeāt, cuius vexationis timor plerumq; illum ad inquirenda, & punienda eorum delicta segniorem reddit: idcirco, ne is magno suo, & ecclesiæ incommodo gregē sibi creditū relinqueret, ac non sine episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita statuit, & **Vide scilicet** <sup>b</sup> Episcopus, nisi ob causam, ex <sup>24. c. 5.</sup> qua deponēdus, siue priuādus veniret, etiā si ex officio, aut per inquisitionē, seu denūciationē, vel accusationē, siue alio quouis modo procedatur, ut personaliter compareat, nequaquam citetur, vel monetur.

*Cap.*

<sup>b</sup> c. Super li-  
teris. & ca-  
cū dilecta.  
de rebus.

<sup>a</sup> c. sunt nō  
nulli. 1. q. 7.

<sup>b</sup> Vide scilicet.

24. c. 5.

## Cap. VII.

**T**ESTES in causa criminalia ad informatio  
nem, vel iudicia seu alias in causa princi  
pali contra episcopū, nisi cōtestes, & bone  
cōuersatiōis, existimationis & famæ fuerint  
non recipiātur, & si odio, temeritate, aut cu  
piditate aliquid deposuerint, grauibus pœ  
nis mulcentur.

## Cap. VIII.

**C**AUSÆ Episcoporum, cum pro criminis  
objeci qualitate comparere debeant,  
coram Pontifice Max. referantur, ac per  
ipsum terminentur.

*Decretū prorogationis definitionis quatuor articu  
lorum, de sacramento Eucharistie, & salui  
conductus protestantibus dandi.*

**E**Adenī sancta Synodus errores omnes,  
qui super hoc sanctissimo Sacramento  
repullularunt, tanquā vepres ex agro Do  
minico euellere, aco innium fidelium saluti  
prospicere cupiens, quotidianis precibus  
Deo omnipotenti piè oblatis, inter alios,  
ad hoc Sacramētum pertinentes, articulos  
diligentissima veritatis Catholicae inqui  
sitione tractatos, plurimis; accuratissimis-  
que pro rerū grauitate disputationibus ha  
bitis, cognitis quoque præstantissimorum  
Theologorum sententijs, hos etiani tracta  
bat: An necessarium sit ad salutem, & diui-

a c. accusa  
tio quoq;  
ca. accusa-

tio Eporū  
c. testes. 2.  
q. 7. & c. vi

tim. 3. q. 3.  
Cōc. Rom.  
sub Sylue.

I. iuxta A  
dacleti Pa  
pē epist. 2.  
& Garib. 2.

c. 6. & Car  
tha. 4. c. 96.  
& Six. III.

epist. 3. ca<sub>g</sub>  
no. 2.

no iure præceptū, vt singuli Christi fideles  
 sub vtraque specie ipsum venerabile Sacra  
 mentum accipiant. Et: Num minus sumat,  
 qui sub altera, quam qui sub vtraque cōmu-  
 nicat, Et: An errauerit sancta mater Eccle-  
 sia, laicos, & non celebrātes sacerdotes, sub  
 panis specie duntaxat communicando. Et:  
 An paruuli etiam communicandi sint. Sed  
 quoniam ex nobilissima Germaniæ pro-  
 uincia ij, qui se Protestantes nominant, su-  
 per his ipfis articulis, antequam definiātur,  
 audiri à sancta Synodo cupiunt, & eam ob-  
 causam fidem publicam ab illa postularūt,  
 vt ipfis tutò huc venire, & in hac vrbe com-  
 morari, ac libere coram Synodo dicere, at-  
 que proponere quæ senserint, & postea, cū  
 libuerit, recedere liceat: sancta ipsa Syno-  
 dus, licet magno desiderio eorum aduētum  
 multos antea menses expectari, tamen , vt  
 pia mater, quæ ingemiscit, & parturit, sum-  
 mōpere id desiderans, ac laborans, vt in ijs,  
 qui Christiano nomine cēsentur, nulla sint  
 schismata, sed quemadmodū eundem om-  
 nes Deum, & Redemptorem agnoscunt, ita  
 idem dicant, idem credant, idem sapient, cō  
 fidens Dei misericordia, & sperans fore, vt  
 illi in sanctissimam & salutarē vnius fidei,  
 spei, charitatisquē concordiam redigantur,  
 liben-

libenter eis in hac temorem gerens, securitate, & fidem, ut petierunt, publicā, quā saluum conductum vocant, quo ad se pertinet, eius qui infrascriptus erit, tenoris, reddit, atque concessit: & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam Sessionem distulit, quam, ut illi commodè interesse possent, in diem festum conuersionis D. Pauli, quæ erit vigesimaquinta die mensis Ianuarij, anni sequentis, indixit. Illudque præterea statuit, ut in eadem Sessione de sacrificio Missæ agatur, propter magnam vtriusque rei connexionem, inter eas sessione proxima de Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis Sacramentis tractandum: illam autem die festo D. Catherinæ virginis, & martyris, qui erit vigesimaquinta Novembbris, habendam esse decreuit, si mulq; ut in vtraque materiam reformationis profecatur.

(†)

K

S A L

S A L V V S C O N-  
ductus datus prote-  
stantibus.

**S**ecundum sanctam ecumenicam, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem sanctae Sedis apostolice Legato, & Nuncijs, omnibus, & singulis, siue ecclesiasticis siue secularibus personis universae Germaniae, cuiuscunque gradus, status, conditionis, qualitatis sunt, que ad ecumenicum hoc, & generale Concilium accedere voluerint, ut de ipsis rebus, que in ipsa Synodo tractari debet, omnium libertate, conferre, proponere, & tractare ac ad ipsum ecumenicum Concilium libere, & tutu[m] venire, & in eo manere, & commorari, ac articulos, quos illis videbitur tam scripto, quam verbo, offerre, proponere, & cum Partibus, siue ipsis, qui ab ipsa sancta Synodo electi fuerint, conferre, & absque ullis conuicijs, & contumelijis disputare, nec non, quando illis placuerit, recedere possint, & valcent, publicam fidem, & plenam securitatem, quam Saluum conductum appellant, cum omnibus, & singulis clausulis, & decretris necessarijs & opportunitis, etiam si specialiter, &

nov

non per verba generalia exprimi deberent, quae pro  
expressis haberi voluit, quantum ad ipsam factam  
Synodum spectat, cōcedit. Placuit prætereā sanctæ  
Synodo, ut, si pro maiori libertate, ac securitate eo  
rum certos tam pro commissis, quam pro commit-  
tendis per eos delictis, iudices eis deputari cupiant,  
illos sibi benevolos nominent, etiam si delicta  
ipsa quantuncunq; enormia, ac bæ-  
sis sapientia  
fuerint.

## K 2

## SES

S E S S I O X I I I .  
 Quæ est IIII. sub. Julio III. Pont.  
 Max. Celebrata die xxv.  
 Nouéb. M. D. LI.

*Doctrina de sanctissimis Pœnitentiæ, & extremæ  
 Vnctionis Sacramentis.*

a Sup. Seſſ. 9. c. 14.

 Acroſancta, oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præſidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuncijs, quamuis in decreto de Iuſtificatione multus fuerit de pœnitentiæ Sacramento (propter locorum cognitionem) neceſſaria quadam rationefermo interpoſitus; tan ta nihilominus circa illud nostra hac ætate diuersorum errorum est multitudo, vt non parum publicæ vtilitatis retulerit, de eo exactiorem, & pleniorē definitionē tradiſſe, in qua demonstratis, & conuulfis, Spiritus sancti præſidio, vniuersis errorib⁹, catholicaveritas perspicua, & illuſtris fieret quam nunc sanctahæc Synodus Christianis omnibus perpetuo feruādam proponit.

De

*De necessitate & institutione Sacramenti Pe-  
nitentiae Cap. I.*

**S** I ea in regeneratis omnibus gratitudo er-  
ga Deum esset, ut iustitiam, in Baptis-  
mo, ipsius beneficio, & gratia, suscep-  
tam, constanter tueretur, non fuisset opus aliud  
ab ipso Baptismo, Sacramentum ad pec-  
catorum remissionem esse institutum. <sup>a</sup>

Quoniam autem Deus, diues in misericor-  
dia, cognouit figmentum nostrum illis <sup>a Inf c. 1.</sup>  
etiam vitæ remedium contulit, qui se se po-  
stea in peccati seruitutem, & Dæmonis po-  
testatem tradidissent, Sacramentum, videli-  
cet, Pœnitentiæ, quo lapsis post Baptis-  
mum, beneficium mortis Christi applica-  
tur. <sup>b</sup> Fuit quidem Pœnitentia vniuersis  
hominibus, qui se mortali aliquo peccato  
inquinassent, quo quis tempore ad gratiam,  
& iustitiam assequendam necessaria, illis  
etiam, qui Baptismi Sacramento ablui pe-  
tiuissent, ut, peruersitate abiecta, & emen-  
data, tantam Dei offenditionem cum pecca-  
ti odio, & pio animi dolore detestarentur:  
vnde Propheta ait, <sup>c</sup> Cōuertimini, & agite  
pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ve-  
stris: & non erit vobis in ruinam iniqui-  
tas, Dominus etiam dixit: <sup>d</sup> Nisi pœni-  
tentiam egeritis, omnes similiter peribi-

Psalm. 102.

Ephes. 2.

Sic Inn. c. 1.

epist. 91. in-

ter epistol.

Aug. Nam

quāvis rede-

misset, &c.

& Cyprian.

ab Aug. ci.

tates lib. 2.

cōtra Iuliā.

c. 8. Quā be-

nigna, quā

necessaria.

Sup. scf. 6

c. 14. de iu-

stifi. Cōcīl.

Cabil. ea. 8.

c Ezecl. 18.

d Luc. 13.

tis. Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentiam agent &c. cōmendans, dicebat, e pœnitentiam agite, proprie de & baptizetur unusquisque vestrum. Por-  
 confit. d. 4. ro nec ante aduentum Christi pœnitentia erat Sacramentum, nec est post Aduentum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tūc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus,   
 f. Ioan. 20. insufflavit in discipulos suos, dicens: f. Ac-  
 Mat. 16. c. cipite Spiritum sanctum: quorum remise-  
 vt. cōstine. ritis peccata, remittuntur eis: & quorum re  
 & intr. c. 8. tinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni  
 in si. & cā 3 facto, & verbis tam perspicuis, potestatem  
 remittendi, & retinendi peccata, ad recōci-  
 liandos fideles, post Baptismū lapsos, Apo-  
 stolis, & eorum legitimis successorib⁹ fui-  
 se cōmunicatam, vniuersorum Patrum con-  
 sensus semper intellexit. Et Nouatianos, re-  
 mittendi potestatem olim pertinaciter ne-  
 gantes, magna ratione Ecclesia Catholica,  
 tanquam hæreticos, expposit, atque cōdem-  
 nauit. Quare verissimum hunc illorum ver-  
 borum Domini sensum sancta hæc Syno-  
 dus probans, & recipiens: damnate corū cō-  
 mētias interpretationes, qui verba illa ad  
 potestatem prædicandi verbū Dei, & Chri-  
 ti Euangeliū annunciandi, contrahuius-  
 modi